

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
LV**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XXV PARS  
Ostpr. Fol., vol. 42, 50, 1537-1538**

**edidit**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E      1 9 8 2**

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**  
**VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA**

---

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA  
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticanani*. Vaticanani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticanani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticanani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XXV, Romae, 1954-1981

---

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), Ind. nom. propr. 1960. (*Archivum Secretum Vaticanum*).
- II — «*Liber Disparata Antiqua Continens*» Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (*Archivum Capituli Trident.*)
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629), 8 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Coll. W. WYHOSKA DE ANDREIS, pp. XIV+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., Ind. nom. propr., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOSKA DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214 doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., Ind. nom. propr., 1965.
- XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., Ind. nom. propr., 1965.
- XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., 1966.





**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
LV**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XXV PARS  
Ostpr. Fol., vol. 42, 50, 1537-1538**

**edidit**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA**




**NON EXTINGUITUR**

**R O M A E      1 9 8 2**

SUMPTIBUS  
FUNDATIONIS  
LANCKORONSKI  
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:  
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA



# **VALERIANUS MEYSZTOWICZ**

**SACERDOS VILNENSIS**

**UNIVERSITATIS STEPHANI BATHOREI VILNAE**

**PROFESSOR**

**INSTITUTI HISTORICI POLONICI ROMAE**

**FUNDATOR ET PER MULTOS ANNOS MODERATOR**

**NATUS 24.VI.1893**

**IN POJOŚCIE**

**OBIIT 29.V.1982**

**ROMAE**



## I N D E X    R E R U M

Introductio . . . . .	Pag.	VII
Abbreviationes . . . . .	»	VIII
Textus . . . . .	»	3
Elenchus epistolarum . . . . .	»	171
Index personarum et locorum . . . . .	»	177



## INTRODUCTIO

*Volumine LV seriei Elementa ad Fontium Editiones editur in lucem litterarum commercium Alberti in Prussia ducis cum Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae, in copiariis Latinis et Germanicis (Ostpreussische Folianten) contentum, id est 287 epistolae, quae ab eodem duce Alberto ad varias personas in Regno et Magno Ducatu degentes annis 1537 et 1538 datae et missae erant. A volumine praecedenti, annos 1535-1536 complectente, hoc praesens volumen eo p[re]a ceteris differt, quod non habemus in eo maiorem quandam epistolarum copiam ad unam eandemque personam datarum, nisi forte Nicolaum Nibschatz excipias, cui 25 epistolae inscriptae sunt. Ipse enim rex Sigismundus duobus illis annis nonnisi 18 scripta a duce Alberto accepit et uterque Górk[an], Lucas et Andreas, 25 litteras simul habuerunt. Reliqua ducis scripta inter alios permultos variis generis, status et conditionis homines: proceres saeculares et ecclesiasticos, nobiles, officiales, publicanos vel teloneatores, "agentes", mercatores aliosque sparsa apparent. Inter quos numerantur et nonnulli exterarum regionum monarchae et proceres, sicut reges Angliae, Galliae, Navarriae, dux Suffolchiae, Philippus de Croy, Gulielmus Page-tus. Epistolarum ad eos datarum regesta etiam confecimus hicque posuimus, ne in edendis copiiorum in Archivo conservatorum singulis voluminibus lacunas relinquere videremur.*

*Reliquum est, ut collegae nostro Luciano Olech pro studio et diligencia, in hoc parando volumine posita, maximae iterum habeantur gratiae.*

C.L.

## ABBREVIATIONES

El. Elementa ad Fontium Editiones

M.D.L. Magnus Ducatus Lithuaniae

R.P. Regnum Poloniae

**TEXTUS**



# 1537

Anno a nato Christo Servatore  
Millesimo Quingentesimo Trigesimo Septimo

*N. 1380.*

*Rhein (Ryn), 1.I.1537.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Alexandro Chodkiewicz, marscalco regio, capitaneo Brestensi,*  
*pro litteris gratias agit; officia et obsequia defert.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 231-232.*

*N. 1381.*

*E domo venatoria, 1.I.1537.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Gregorio Chodkiewicz*  
*felicem Annum Novum ei precatur; pro litteris et duobus equis sibi dono*  
*missis gratias agit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 232-233.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislaw Łaski, castellano Przemętensi,  
pro animo in se propenso et litteris acceptis gratias agit; nullo responso  
regio a legatis suis reportato, in posterum certior fieri cupit, quid  
rex in causa sua constituerit; se a rege Cracoviam vocatum esse,  
projectionem tamen suam nonnullis ex causis impeditam esse nuntiat  
et se excusari petit; de legations fratris sui Hieronymi certior fieri  
desiderat; de Ottonis Henrici comitis palatini Rheni futuro ad regem  
adventu gaudet; Stanislaum Odrowąż nomine suo salutari iubet.*

*Cfr. El. XXXV, N. 512.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 233-235.*

Officiosae et clementes literae de Iheronimo Lasko.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generose, Amice sinceriter nobis dilecte.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, quae nobis fuerunt omnium  
gratissimae, cum quod sanitatem et firmam valetudinem Magnificentiae  
Vestrae, tum quod propensam eius voluntatem ac studium erga nos  
declarabant. Nos itaque Magnificentiae Vestrae primum pro ea obsequendi  
diligentia, deinde pro communicatis literis permagnas agimus gratias,  
daturi operam, ut pro temporis oportunitate aliquando referamus. Quod  
vero Magnificentia Vestra in horas mandata nostra expectavit, et nos  
tam longo temporis intervallo nullas ad eandem literas dederimus, nihil  
aliud in culpa fuit, quam quod Magnificentiam Vestram hoc tempore  
Cracoviae vitam agere ignoravimus, eamque ob caussam petimus, ut  
hoc modo excusatos nos habere velit. Magnificentiam autem Vestram  
ignorare haud existimamus, nos legatos nostros apud Sacram Regiam  
Maiestatem Poloniae, Dominum et avunculum nostrum clementissimum,  
habuisse. Qui cum sine responso redierint, et nos ex Magnificentiae Vestrae  
literis percepimus nihil adhuc constitutum, nec de nostris desideriis  
tractatum esse, amice petimus, ut talia in posterum quoque nos celare  
non dedigneret.

Quod ad multorum amicorum gratulationem personae nostrae, quam  
Cracoviae futuram sperabant, adtinet, agimus et pro tali gratulatione  
Magnificentiae Vestrae ceterisque amicis nostris ingentes gratias, optantes  
eisdem, praesertim autem Magnificentiae Vestrae, vicissim summam  
foelicitatem ac omnis boni perpetuum incrementum. Nolumus tamen  
Magnificentiam Vestram ignorare nos a Sacra Regia Maiestate Poloniae,  
cui in omnibus desideriis et beneplacitis morem gerere vehementer  
cupimus, aliqua ex parte vocatos esse. Verum cum nonnullae caussae

nostram hanc profectionem impediverint, speramus nos hoc quoque nomine facile apud Magnificentiam Vestram ceterosque Dominos et amicos nostros excusatos iri.

Porro quod Magnificentia Vestra de Magnifico et Generoso Domino Palatino, fratre suo, scribit etc., mirari satis non possumus, cur Serenissimus Romanorum Rex<sup>1)</sup> illi profectionem hanc suam ad Sacram Caesaream Maiestatem<sup>2)</sup> prohibuerit. Ut Magnificentia Vestra addit, eundem suis literis indicaturum nobis, quid in rem nostram egerit, ita cupimus, istud firmiter sibi Magnificentia Vestra persuasum habeat nos nihil earum rerum adhuc ab eo accepisse. Rogamus itaque Magnificentiam Vestram summis precibus, ut nos de iis, et praecipue qua in causa oratorem nunc apud Sacram Regiam Maiestatem egerit, certiores reddere haud gravatim velit.

Quod Illustrum Principem, affinem nostrum percharum, Dominum Ottonem Heinricum Comitem Palatinum Rheni, Bavariae Ducem etc., eiusque adventum adtinet, gratulamur ob id plurimum quidem, et ut hic conventus utrique faustus sit atque foelix, vehementer optamus, non dubitantes, Sacram Regiam Maiestatem pro aequitatis ac consanguinitatis vinculo sese benignam ac clementem erga Illustratatem [Suam] exhibitaram.

Postremo Magnifico ac Generoso amico et fratri nobis multis nominibus dilecto, Domino Stanislao Odravasz, Magnificentiae Vestrae affini generoque, nostro nomine plurimam salutem nunciari per Magnificentiam Vestram cupimus. Est enim nobis eius erga nos voluntas mirum in modum grata. Cui, ut perpetua ac diuturna valetudine frui queat, summo desiderio atque ex corde optamus. His bene valeat Magnificentia Vestra. Datae in arce nostra Rheyn, VII Ianuarii anno MDXXXVII.

*In margine in initio scripti: Stanislao de Lasko, VII Ianuarii*

1) *Ferdinandus I.*

2) *Carolus V.*

*N. 1383.*

*Rhein (Ryn), 7.I.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Łaski, palatino Siradiensi,*

*a fratre eius, Stanislao Łaski, castellano Przemętensi, certior factus  
eum nunc Cracoviae apud regem oratorem agere, rogat, ut se de  
rebus novis («quae raro ad nos perforuntur») certiorem reddat.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXV, N. 515.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 236.*

N. 1384.

Rhein (Ryn), 7.I.1537.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]  
Nicolao Nibschatz certa negotia coram eo proponenda se commisise  
nuntiat et rogat, ut ei suo nomine ea referenti plenam fidem adhibeat.  
(Sub textu: In simili forma mutatis mutandis: ad Andream de  
Gorcka etc., item ad Comitem in Tharnaw etc.; ad Archiepiscopum  
Gnesnensem [Andream Krzycki] etc.).*

(Latine)

Ostpr. Fol. vol. 50, ff. 236-237.

N. 1385

Rhein (Ryn), 7.I.1537.

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Nibschatz  
Iacobum Linck, licentiatum, cui nonnulla negotia Ioachimi II electoris  
Brandenburgensis concredita sunt, commendat et rogat, ut ei in  
omnibus fidem adhibeat et auxilio ac consilio adesse velit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 270.

N. 1386.

E Regio Monte, 20.I.1537.

*Albertus dux in Prussia  
Iacobo Brzozowiec, commendatori Posnaniensi,  
reliquam partem stipendii, ei adhuc debitam, per affinem eius trans-  
mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 237-238.

N. 1387.

E Regio Monte, 22.I.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Halber, civi Cracoviensi,*

*rogat, ut dolium vini et duas corbulas ficorum sibi suppeditet.*

(*Sub textu: In simili forma scriptum est Georgio Hagel (vel Hegel), civi Cracoviensi, ut 200 ligna undulata (flader), partim albi, partim fusci coloris, coemeret et duci transmitteret.*)

(*Schedula litteris ad Georgium Hagel annexa: « magistrum aquarum » (« wassermeister », hydraulicum?) sibi mitti petit.*)

(*Germanice*)

Cfr. El. XLV, N. 20.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 270v-271.

N. 1388.

E Regio Monte, 23.I.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschitz*

*pro Theodorico Butler, honesto viro et subdito suo, rebus suis a furibus spoliato, intercedit et rogat, ut causam eius regi diligenter commendet, quo miserrimus homo res suas furto ablatas recuperare possit.*

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 271.

N. 1389.

E Regio Monte, 25.I.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Orwid (Orbidano), tivuno Telszensi,*

*pro Bonaventura, subdito suo, intercedit et rogat, ut ei tandem pro damnis, quae passus est, satisfacere velit.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 238-239.

E Regio Monte, 26.I.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislaο Łaski, castellano Przemętensi,*

*binas litteras eius se accepisse nuntiat et pro equo dono misso gratias agit; negotia sua et Regni, de quibus in Comitiis nihil hactenus conclusum sit, Deo committenda esse censem; refert famam de Georgio Schenck in Inferiori Germania magnas copias congregatas habente, vel in Prussiam vel in civitates Hanseaticas transmittendas; de Livoniensibus varias practicas contra se subditosque suos struentibus; de nullis litteris a fratre Hieronymo acceptis.*

*Cfr. El. XXXV, NN. 510, 512.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 239-243.*

Scribit de generali conventione, de fratre Hyeronymo, de practicis contra Prussiam et mittit duos mediocres equos etc.

Magnifice ac Generose.

Binas Magnificentiae Vestrae literas obtulit nobis Magnificentiae Vestrae servitor. Ex quibus pro ceteris animum Magnificentiae Vestrae erga nos amicum et officiosum percepimus, quare fit, ut eidem Magnificentiae Vestrae iure amice et clementer adesse debeamus. De qua propensa erga eandem animi voluntate certi sumus Magnificentiam Vestram nihil haesitare.

Alteris suis literis Magnificentia Vestra scribit de rege Gallorum<sup>1)</sup>, qui rapas dono et gratae quidem accipere non designatus sit, precans nos equum nobis dono a Magnificentia Vestra oblatum haud gravatim acciperemus etc. Evidem eum equum non propterea, quod rebus leviculis comparare Magnificentia Vestra voluerit, grato accipimus animo, sed quia ab amico candido et sincero candido ex pectore donatus sit, nobis charum (etsi maluissemus eundem equum Magnificentia Vestra hoc tempore necessitatis reservasset) esse putabimus. Daturique sumus operam, ut hanc Magnificentiae Vestrae in nos liberalitatem aliquando nacta occasione compensemus.

Deinde in negociis nostris hactenus in Generalibus Regni Comitiis nihil statutum et conclusum esse secundis literis intelleximus etc. Omne negocium Deo Optimo Maximo committendum esse, ex cuius arbitrio omnis nostra actio pendet, censemus. Is sine dubio pro sua immensa clementia negocium ita diriget, ut eius laus et gloria, Regni Poloniae commodum augeatur. In quo cum Magnificentiam Vestram omnesque consiliarios Regni plurimum laborare intelligam, non est dubium, etiam

absente Magnificentia Vestra, ab amicis eiusdem in negocio nostro eam adhiberi operam, quatenus id, quod iuri, aequitati, necnon et transactiōibus consonum sit, quemadmodum hactenus nihil aliud expectavimus, ab omnibus Regni ordinibus statuatur.

In negotiis Regni nihil, quod memoratu dignum sit, hactenus conclusum esse dolemus. Verum quorsum haec tradant, quidve hiis velit Optimus Maximus, tempus revelabit, cui ut omnia, ita et haec committenda credimus. Speramus tamen Deum Omnipotentem ita gratia sua communī conventui adfuturum atque ita animos et Principum et consiliariorum illustraturum, ut commune bonum potius p̄ae oculis habeant, Regni et utilitatem et necessitatem plene considerent, deliberent et concludant.

Quod fratris Magnificentiae Vestrae legationem nobis obiter communicarit Magnificentia Vestra, agimus gratias. Miramur autem, quod a Rege Romanorum<sup>2)</sup> Muldavus<sup>3)</sup> tanquam christianus (de cuius fide cum multi dubitent, disserere nostrum non esse arbitramur) in defensionem suscipitur, ceteri vero, qui verae Christianitatis et fidei exempla edunt, nedum non defenduntur<sup>a)</sup>, sed ad extremas oras, si modo ultimo non plectuntur supplicio, relegantur, hac solum de causa, quod in parte aliqua ceremoniarum Ecclesiae opinionem non agnoscant. At haec diis diiudicanda relinquimus. Unum autem summopere dolet, quod infestissimus christianorum hostis, Turca, tantas copias contra christianos et terra et mari in Mayo sit transmissurus. Deus avertat a suis vere christianis iram suam et misereatur nostri. Censemus enim, si hoc pacto copiae undique transmittentur, ingens profecto christianis damnum illatum iri. At in cuius manu sunt omnia, talem virgam parvo in momento avertere potest, cui ut omnia, ita et illa custodienda et regenda commendamus. Magnificentiae Vestrae a Rege Romanorum munus non inquis conditionibus commissum esse gaudemus, precantes eidem illud esse honori et commodo.

Cum autem Magnificentia Vestra de statu et conditione nostrarum rerum certiore se fieri desideret, nolumus<sup>b)</sup> eandem latere: in eodem, quo hactenus semper statu fuerint, adhuc omnia haerere, quem non est dubium Magnificentiam Vestram a nostris orathoribus, in conventu Cracoviensi ad omnes status et ordines Regni missis et habitis, intellexisse. Ad haec compertum habemus Georgium Schencken in Inferiori Germania adhuc magnas copias militum congregatas habere. Sub haec conscribuntur equestris ordinis milites in Germania. Quorsum autem copiae transmittendae sint, duplex est fama, altera in Prussiam, altera contra civitates, quas vocant Hansae, Lubecam et alias confoederatas, mittendas esse.

Postremo vicini nostri Livonienses non desinunt quasvis practicas et quaevis consilia periculosa contra nos nostrosque subditos struere, ut nobis<sup>c)</sup> undique locorum summe invigilandum sit, nisi penitus inopinantes obrui velimus. Quare expectamus de die [in] diem a nostris

certam hiis de rebus relationem. Si quid indagati fuerimus, Magnificentiam Vestram ocius certiores fieri curabimus, amice petentes, Magnificentia Vestra statum et conditionem suarum rerum et nova, si quae apud vestrates ferantur, diligenter communicare non gravetur.

Frater Magnificentiae Vestrae nihil literarum ad nos dedit. Speramus autem eundem iam in eo esse, ut nobis plenam omnium rerum et quid ibi locorum, ubi nunc degit, nostris in negotiis (quod hactenus summopere rescire desideravimus) conditionem et statum indicet. Mitto Magnificentiae Vestrae, quemadmodum desideravit, duos mediocres equos. Alterum esse eum intelligat Magnificentia Vestra, qui eidem, cum adesset, prae ceteris summe placuit, et quamvis eum equum Illustrissima nostra consors<sup>4)</sup> nonnunquam descendere solita erat, tamen Magnificentiae Vestrae eum, cum vix alium equum mediocrem in numero nostrorum haberemus, mittere voluimus, amice petentes, Magnificentia Vestra dignetur eos a nobis bono et amico animo accipere atque id sibi de nobis polliceri, si quos alias mediocres hoc tempore meliores habuissemus, nos Magnificentiae Vestrae amice et clementer transmissemus, nihil ad dubitantes Magnificentiam Vestram in hoc parvo animi nostri propensam voluntatem potius, atque munus hoc exiguum, quod malumus amoris testimonium appellari, consideraturam. Datae e Regio Monte, XXVI Ianuarii anno etc. XXXVII.

*In initio scripti in margine:* Stanislao de Lassko.

- a) *in ms. defendatur*
- b) *correctum ex: noluimus*
- c) *sequitur expunctum: ud*

- 1) *Ludovicus (cfr. El. XXXV, N. 510).*
- 2) *Ferdinandus I.*
- 3) *Petrus Rareš, palatinus Moldaviae.*
- 4) *Dorothea.*

N. 1391.

E Regio Monte, 27.I.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Lucae et Andrea a Górką, palatino et castellano Posnaniensibus,  
pro Osvaldo Khun, coniugis suae, principis Dorotheae, margaritarum  
sarctore, intercedit et orat, ut ei in recuperandis bonis consanguineae  
suae nuper Posnaniae defunctae consilio ac opera adesse velint.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 243-244.*

N. 1392.

E Regio Monte, 28.I.1537.

*Albertus dux in Prussia  
consulibus Posnaniensibus*

*Osvaldum Khun, margaritarum artificem (« perlenhefter »), commendat et  
rogat, ut in assequenda hereditate, a consanguinea sua defuncta  
Posnaniae relicta, ei adesse velint.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 271v-272.

N. 1393.

E Regio Monte, 1.II.1537.

*Marscalcus Alberti in Prussia ducis [Fridericus ab Oelsnitz]*

*Ioanni Kurtzbach (Cortzbach), decano Gnesnensi,*

*se a duce Alberto impetrasse nuntiat, ut ei simul cum uno ex consulibus  
Loviciensibus piscem, lupum dictum, ad octo vel novem annorum  
spatium iusto pretio in Ducatu Prussiae emere liceat, hortaturque  
eum, ut se ad futuram diem Palmarum ad hanc rem expediendam  
Neidenburgum conferat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 527, 531.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 244-245.

N. 1394.

E Regio Monte, 1.II.1537.

*Marscalcus Alberti in Prussia ducis [Fridericus ab Oelsnitz]*

*Ioanni Kurtzbach (Cortzbach), decano Gnesnensi,*

*nomine ducis Alberti rogat, ut coctorem (alias braxatorem) cerevisiae  
triticiae ad aliquod tempus Regium Montem mittere velit; sibi autem  
« bonum aliquem equum gradarium eundemque fortem ac mediocris  
staturaem » iusto pretio emi et transmitti petit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 531.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 245-246.

N. 1395.

E Regio Monte, 17.II.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*teloneatori Posnaniensi [Stanislaw Dziaduski]*

*rogat, ut Ioannem Utman, civem Hohensteinensem, reliquam partem boum nomine consiliariorum suorum, Melchioris a Kreitzen (Creytzen), curiae suae magistri, Friderici ab Oelsnitz, curiae suae marscalci et capitanei Hohensteinensis, Heynonis Doberitz, capitanei in Driesen, Petri Kobersehe, capitanei Neidenburgensis, et Georgii a Kunheim, capitanei Tapiensis, versus Człuchów (Schlochaw), Chojnice (Conitz) et ultra deducendorum, sine omni telonei solutione, libere et absque ullo impedimento, secundum mandatum regium ad hoc ab eis imperatum, deducere permittat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 246-248.

N. 1396.

E Regio Monte, 17.II.1537.

*Consiliarii Alberti in Prussia ducis: Melchior a Kreitzen, curiae magister, Fridericus ab Oelsnitz, curiae marscalcus et capitaneus Hohensteinensis, Heyno Doberitz, capitaneus in Driesen, Petrus Kobersehe, capitaneus Neidenburgensis, Georgius a Kunheim (Cunheym), capitaneus Tapiensis,*

*teloneatori Posnaniensi [Stanislaw Dziaduski]*

*rogant, ut Ioannem Utman, civem Hohensteinensem, « consideratis regiis super hoc datis literis », reliquam partem quadringentorum boum, versus Człuchów, Chojnice et ultra deducendorum, sine ulla telonei solutione, libere et absque ullo impedimento, deducere permittat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 248-250.

N. 1397.

E Regio Monte, 20.II.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*

*Iacobum Grolock, subditum suum, iterum commendat et rogat, ut « sine maiori rerum suarum dispendio et iactura » extantia sua debita a debitore suo consequi possit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 250-251.*

N. 1398

E Regio Monte, 20.II.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Orwid (Orbidano), tivuno Telszensi,*

*rogat, ut Ioanni Jauch, subdito suo, salvum conductum ad se [Stanislaum Orwid] libere eundi et redeundi concedat, quo controversia inter eos intercedens tandem componi possit; intercedit etiam pro subdito suo Bonaventura et rogat, ut ei sal suum iniuste arrestatum restituat et « pro damnis suis eam ob causam perpessis » satisfaciat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 252-253.*

N. 1399.

E Regio Monte, 21.II.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Orwid (Orbidano), tivuno Telszensi,*

*causas subditorum suorum, Ioannis Jauch et Bonaventurae, iterum commendat et addit nonnullos eius subditos praefato Ioanni Jauch « summas quasdam pecuniarum debere »; rogat, ut ei iustitiam indilatam administrare velit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 253-254.*

N. 1400.

E Regio Monte, 22.II.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Annae Kieżgajłowa*

*pro Iacobo Grolock et servitore eius Alberto intercedit et rogat, ut emptiō-  
nem nemorum in districtu Szweksniensi (Schwexensi) ab eis factam  
(ea conditione, « ut in eis ligna secare et conflare cineres » possint),  
litteris atque sigillo suo ita confirmet et roboret, « ne praefato  
subdito nostro eiusque servitori aliquod damnum aut periculum  
inde exoriri possit ».*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 254-255.*

N. 1401.

E Regio Monte, 23.II.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*pro liberatione Iosti Ludovici Decii iterum intercedit et rogat, ut cap-  
toribus et detentoribus eius, Ioanni Schlegel eiusque sociis, antea  
concessum salvum conductum ad trium mensium spatium protrahere  
velit, quo causa ad finem deduci et captivus liberari tandem possit.*

*Ostpr. Fol., vol. 50 ff. 255-256.*

Pro Iusto Ludovico Decio.

Si quid est in me prompti obsequii et benevolae voluntatis, id totum  
dedico Regiae Vestrae Maiestati, peroptans eam sanam, salvam et inte-  
gram esse.

Serenissime Rex, Domine et Avuncule clementissime.

Haud arbitror Sacrae Regiae Maiestati Vestrae e memoria excidisse,  
quam longo nunc temporis spacio Nobilis ac Generosus Maiestatis  
Vestrae Regiae secretarius et servitor fidelis, Dominus Iustus Ludovicus  
Decius, captivus in hodiernum usque diem adhuc detineatur. Et cum  
nemo non norit, quanto studio atque diligentia ille idem non solum  
Maiestati Vestrae Regiae, uti Domino suo omnium clementissimo, Am-

plissimoque Regno Poloniae, verum etiam mihi meisque subditis servierit, non potui praetermittere, quin pro eo iam iterum apud Sacram Regiam Maiestatem Vestram pro liberatione eius meis precibus intercederem, praesertim cum videam salvi conductus spaciū atque tempus pro p̄emodum elapsu<sup>a)</sup> esse. Itaque Sacram Regiam Maiestatem Vestram, uti Dominum et avunculum meum clementissimum, summis praecibus oro atque obtestor, eadem dignetur, si non alio<sup>b)</sup>, at meo saltem nomine, hostibus ipsius Maiestatis Vestrae Regiae Regnique Poloniae, nempe Ioanni Schlegel eiusque adhaerentibus, hunc salvum conductum, illis antea concessum et datum, ad trium mensium spaciū protrahere et procrastinare, quo haec caussa (considerando, quod nisi istud fieret, graviora inde damna et incommoda non solum Maiestati Vestrae Regiae, verum etiam eiusdem subditis evenire possint) ad iustum suum finem tandem deduci et miser ille e captivitate liberari queat. Id ipsum ego pro mea persona erga Sacram Regiam Maiestatem Vestram, Dominum et avunculum meum clementissimum, summo studio atque diligentia promerer studebo, non dubitans praefatum Iustum Ludovicum Decium, una cum tota familia sua, eius gratiae regiae nunquam immemorem futurum. Regiam Maiestatem Vestram foeliciter imperare vehementer cupio. Datae e Regio Monte, XXIII Februarii 37.

*In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae.*

a) *correctum ex: elapsus*

b) *sequitur littera n expuncta.*

N. 1402.

*E Regio Monte, 23.II.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górkā, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
pro Iosto Ludovico Decio e captivitate Ioannis Schlegel et sociorum  
liberando.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 272-272v.*

An den jungen hern zu Posen, den 23 February.

Von Gottes genaden wyr, Albrecht etc., cum toto titulo, empietten dem edlen und wolgepornten unserm geliepten freundt und bruder, herren

Andressen graffen zu Gorckaw, starosten zu Posna und obersten heuptman in Grosspolan etc., unser freuntschaft und alles gutten zuvorn.

Und fugen Euer Hert. freuntlicher, gutter meynungk hiemit wiessent, das wir in gewiesse erfarungk kommen, wie E. Hert, zwischen des edlen und erenvesten unsers raths und lieben getreuen ehrn Jobst Ludwigen Tietzs von Wola, ko.mt. zu Polan muntzverwaltern und secretarien, freuntschaft an einem, und Hansem Schlegels sampt seinem anhange anders teils, uff angesetzten tag umb die erledigunge gedachts Jobst Ludwigs zu handeln, dasselbig zu furdern und dabey zu sein, bevelch aufgelegt sein sol. So gelangt demnach an Euer Hert. unser freuntlich bith, dieselb wollen uns zu gefallen und gedachtem Jobst Ludwigenn zum besten (wie wir dan nicht zweifeln, sonder auch gewiss sein, das E. Hert. ime mit sondern gonsten gewogen und seine sachen ze furdern geneigt) allen zimblichen und muglichen vleiss, damit man den gutten, fromen mahn widerumb freyen, auch mittel und wege zur undterhandlung getroffen werden mochten, furwenden, damit die geprechen der Cron Polan etc. an einem, dem Schlegel und seinen anhengern am andern, verhort, vorhandelt und diss darzu gethan wurde, das dieselben auf leidliche, ziemliche mittel und wege vertragen und entlich beigelegt. Das seint wir umb E. Hert. mit freuntlichem, woltetigem willen zu beschulden urputig. So wirt es ungezweifelt vilbenenter Jobst Ludwig sampt seiner verwanten freuntschaft umb E. Hert. zu vordienen nicht vorgessen. Datum Konigsperg, ut supra.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
Marquart.

N. 1403.

E Regio Monte, 5.III.1537.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Premisliensi [Petro Gamrat]  
rogat, ut diem limitum inter Prussiae et Masoviae Ducatus terminandorum  
constituat seque de eo certiorem reddit.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 257-258.*

De finibus et limitibus ponendis inter utramque provintiam Mazoviae et Borussiae.

Reverende in Christo Pater, Amice nobis charissime, obsequia nostra amica et quidquid in nobis est grati officii.

Non arbitramur Reverenda Paternitati Vestrae e memoria excidisse, nos praeterito tempore ad eandem limitum inspiciendorum et regundorum finium inter Ducatum Mazoviae et Ducatum nostrum Prussiae caussa scripsisse, diemque octavum post festum Paschatis commodum ad eam rem diiudicandam finiendamque indicasse. Verum cum nullum ad eas literas responsum adhuc a Reverenda Paternitate Vestra acceperimus, nec satis pro certo scire queamus, an eadem ad Reverendam Paternitatem Vestram perlatae sint, ipsique commissarii, ad hoc ordinati, in tam brevi temporis intervallo fortassis convenire nequeant, rogamus Reverendam Paternitatem Vestram fraterne et amice, eadem dignetur nos de eo negocio primo quoque tempore cum praesenti hoc nuntio certiores reddere atque diem terminandorum limitum aliam pro suo arbitrio constituere, quo haec tandem caussa bona cum gratia et non sine magna incommoditate<sup>a)</sup> utriusque Ducatus subditorum componi atque finiri queat. Dabimus nos operam, ut ad eiusmodi constitutam diem nostros quoque commissarios sine ullo impedimento aut exceptione aliqua ulteriori transmittamus. Haec in praesentia Reverendam Paternitatem Vestram, quam Deo clementissimo diu foelicem ac prosperam conservandam commendamus, pro nostro erga eandem amore et summa necessitate subditorum celare noluimus. Datae e Regio Monte, V Marcii anno etc. XXXVII.

*In margine in initio scripti: Episcopo Premisiensi, V Marcii.*

a) *correctum (erronee) ex: commoditate*

*N. 1404.*

*E Regio Monte, 23.III.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*de praediis et pagis a subditis regiis Lithuaniais, contra veteres transactiones et iurata foedera, ultra fines et terminos constitutos temerario ausu aedificandis queritur et rogat, ut rex in posterum eiusmodi facinora prohibeat.*

*Cfr. El. XXX, N. 162.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 264-266.*

De limitibus Lithuaniae et noviter constitutis villis ultra fines.

Serenissime Rex.

Eciamsi intelligam Regiam Vestram Maiestatem plurimis et arduissi-

mis quidem negotiis hiis periculosissimis tempestatibus obrutam, ut pocius eandem a molestiis liberatam quam maioribus onustam cuperem, non potui tamen aliquo modo praetermittere, quin Regiae Vestrae Maiestati, Domino et feudatario meo clementissimo, ea, quae mihi haud ita pridem in detrimentum feudi amplissimae Coronae Regni Poloniae evenerunt, suppliciter indicarem, enixe petens, Regia Vestra Maiestas, tanquam Ducatus Prussiae supremus feudatarius, dignetur negocium hoc nostrum clementer et benigne pro sua regia prudentia accipere.

Relatum est mihi Magni Ducatus Lithuaniae subditos ultra fines et terminos, a multis iam annis secundum iuratas et sigillatas inter Magnum Ducatum Lithuaniae, Samagithiae et Prussiae transactiones constitutos et determinatos, in Prussiam de novo noviter quosdam pagus et quaedam praedia constituere et collocare, deinde subditos nostros ex nostris hiis adiacentibus districtibus in Lithuaniae trahere et ducere, omnia in detrimentum et incommodum feudi Regni Poloniae etc. Cum autem penitus persuasum habeam iussu, assensu et voluntate Regiae Vestrae Maiestatis haec omnia minime contra nos nostrosque subditos attentari, praesertim cum eadem haud ita multis praeterlapsis temporibus ea de caussa ad status et ordines Lithuaniae clementer literas dederit atque prohibere dignata sit, ne temere nos in nostris limitibus molestent, sed ad fines et terminos quamprimum intoscipiendo diuidcandosque et terminandos commissarios ordinent et statuant. Quo regio mandato cum hactenus non steterint, facile est iudicare eos hoc unum moliri, ut me in vera et quieta possessione interturbent, fines et terminos hactenus observatos confundant<sup>a)</sup> irritosque faciant.

Quod ubi cum ratione, iure naturali, gencium et civili, deinde iuratis, sigillatis, antiquis et novis transactionibus, aequitate, denique etiam mandato Regiae Vestrae Maiestatis ex dyametro pugnet, supplico suppliciter, Regia Vestra Maiestas non gravetur eiusmodi intollerabiles, iniquas, contra ius, novas et antiquas transactiones factas attentaciones, in detrimentum feudi Coronae Regni Poloniae susceptas, prohibere, tollere, suum cuique tribuere atque vasallum et subditum suum Principem contra ea omnia clementer et benigne defendere. Nam hoc pacto in primis amplissimae Coronae Regni Poloniae in iure feudali, deinde nobis nostrisque subditis non parum multa detrahentur, quod aequo animo ferre perquam difficile est.

Proinde si eiusmodi intollerabilibus molestiis me a iure et possessione iusta arcere non cessaverint, sed quasi vi quadem illicitas attentaciones contra me meosque subditos inchoaverint, iniurium esse haud arbitror vice versa (licet id ipsum invitus faciam, quod Omnipotentis iudicio committo) ius meum defendere. In quo Regia Vestra Maiestas sese<sup>b)</sup> clementissimum Dominum et avunculum pientissimum exhibere

et me, tanquam suum vasallum ac subditum<sup>a)</sup> Principem, defendere et protegere dignetur, enixe obsecro. Daturus sum vicissim operam diligenter, ut tanquam subditus Princeps omni demerendi et obsequendi studio id ipsum studiose et obsequens promerear. Datae e Regio Monte ut supra, anno etc<sup>d)</sup> XXXVII.

*In margine in initio scripti:* Regi Poloniae, 23 Marcii, Cancellarius.

a) *in ms. confundent*

c) *sequitur expunctum: ac subditum*

b) *pro expuncto: esse suprascriptum.*

d) *sequitur expunctum: 36*

N. 1405.

*E Regio Monte, 23.III.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Łaski, castellano Przemętensi,*

*pro litteris et novis secum communicatis gratias agit; de prosperis Turcarum successibus dolet; fratri suo (Hieronymo), equestribus militibus praefecto, victoriam precatur; nomina principum et procerum Germanorum, Schmalcaldis congregatorum, transmittit.*

*Cfr. El. XXXV, N. 254.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 258-259.*

Officiosae literae et petit se certiores de omnium rerum statu reddi.  
Salutem et benevolentiam nostram.

Magnificentiae Vestrae literas, datas in Lassko 13 Marcii huius anni, una cum literis Magnifici ac Generosi etc. Hieronymi de Lassko accepimus 21 mensis predicti, quae dici non potest, quam nobis fuerint gratissimae, tum quod animum Magnificentiae Vestrae officiosum plurimum ex his perspiceremus, tum quod tempestates huius nostri periculosissimi temporis ac rumores bellorum in his prescriberentur. Quo nomine et habemus et agimus Magnificentiae Vestrae plurimas gratias daturique sumus operam, ut nacta occasione clementer omnia compensemus.

Porro equos Magnificentiae Vestrae transmissos miri beneficij loco eandem a nobis acceptasse plurimum gaudemus, optantes Magnificentiam Vestram in vi atque iniuria inimicorum propulsanda in hiis triumphare. Neque vero erat necesse ea de caussa tantas agere gratias, siquidem

Magnificentiae Vestrae omniqe eiusdem familiae clementer commodare summopere percupimus.

Nova nobis transmissa legimus, verum magno animi cum dolore. Est enim dolendum immanissimum christianorum hostem, Turcam<sup>1)</sup>, usque adeo omnem ipsius animi conceptum ex animi sentencia, vix aliquo reluctante, ad effectum perducere, atque id opera praecipuorum fere Christianitatis statum et ordinum. At Deus Optimus Maximus, cuius assensu haec fieri certum est, dignetur clementer animos christianorum erigere atque haec mala omnia meliorem in statum pro voluntate sua reducere.

Fratrem Magnificentiae Vestrae numero equestrium militum praefectum esse gaudemus, cui omnem victoriam et foelicitatem precamur. Et quoniam Magnificentiam Vestram una cum fratre contra hostem Christianitatis profecturum credimus, cui itidem omnia fausta et triumphum a Deo obsecramus, petimus clementer, Magnificentia Vestra dignetur nobis subinde per occasionem processum et eventum belli, adjunctis novitatibus et aliis, quae quotidianie emergere possunt, prescribere nosque de victoria et bona eiusdem valetudine certiore reddere. Id quod nos itidem facturos certo pollicemur.

Novarum rerum apud nos, quod Magnificentiam Vestram lateat, nihil est. Verumtamen ut Magnificentia Vestra intelligat nostrum animum clementem ac benevolum, transmittere voluimus Magnificentiae Vestrae nomina Principum et procerum, haud ita pridem Schmalcaldis in Germania congregatorum\*. Verum quid ab iis conclusum, sit, penitus nos latet. Quod ubi perscrutati fuerimus, Magnificentiam Vestram quam primum rescire curabimus. Datae e Regio Monte, XXII Marcii anno etc. 37.

Cancellarius.

*In margine in initio scripti: Stanislao de Lassko, XXIII.*

1) *Solimanus II.*

\**) desunt.*

*N. 1406.*

*E Regio Monte, 23.III.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Łaski, palatino Siradiensi,  
pro animo propenso et significatis novis gratias agit; exponit rationes,  
ob quas 200 equites regi Romanorum in auxilium contra Turcas  
mittere non possit; quos tunc solum mittere posset, si eiusdem regis*

*Romanorum opera imperiale bannum in se latum prorsus abrogaretur;  
de rebus novis se certiorem reddi petit.*

*Cfr. El. XXXV, N. 523.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 259-263.*

Quibus de caussis admittere nequeat, ut 200 equites in Prussia contra Turcam conscriberentur.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generose.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, Wratislaviae feria secunda post Dominicam Laetare praesentis huius trigesimi septimi anni datas, quae nobis fuerunt omnium gratissimae, cum quod testimonium amoris et propensionis Magnificentiae Vestrae erga nos haud exiguum, tum quod novitates significabant. Pro quibus omnibus Magnificentiae Vestrae eas, quas possumus maximas agimus gratias, non ommissuri, quin aliquando pro temporis oportunitate maiores etiam referamus.

Caeterum ex literis Magnificentiae Vestrae percepimus eandem vehementer cupere, ut illi modum et assensum nostrum, quo eadem scilicet ex ditione nostra 200 equites bonos habere posset, dare haud gravatim vellemus etc. Nos autem (ita nos Deus bene amet) nihil magis in votis haberemus, quam hac in parte Romanorum Regiae Maiestati<sup>1)</sup> morem gerere, praesertim cum intelligamus eam rem suscipi et tantum exercitum conscribi contra immanissimum christianorum hostem, Thurcarum Imperatorem<sup>2)</sup>, cui pro nostra hac mediocritate summis quoque viribus nostris resistere in animo haberemus. Cum autem Magnificentia Vestra non ignoret nos una cum omnibus terris ac subditis nostris non solum in Romanae Caesareae Maiestatis<sup>3)</sup> bannum et excommunicationem declaratos esse, verum etiam eas adhuc practicas indies a Crucigeris tam in Germania quam in Livonia quaeri acriterque urgeri, quo executionem contra nos nostrosque primo quoque tempore obtainere queant. In id enim summis viribus laborant, omnes cogitationes suas eo intendunt, ita paratos denique se faciunt, ut super praetensam illam excommunicationem de improviso nobis aliqua damna et incommoda inferre possint. Et quamvis nos apud Romanas Caesaream ac Regiam Maiestates pro reprimenda cohercendaque perversa illorum voluntate atque proposito per Sacram Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum et avunculum nostrum pientissimum, saepius institerimus<sup>a)</sup>, tamen nihil certi hucusque actum aut impetratum est. Ex quibus Magnificentia Vestra, utpote tali prudentia praedita, apud se facile diiudicare poterit, quam aegre subditi nostri ad desiderata loca in tanta pericula sese conferre possint.

Deinde quoque Magnificentiam Vestram certiorem facimus, rerum

praesentium omnium status undique adeo periculosos adhuc esse, ut etiam ea semina belli, praeteritis annis in Dania, Inferiori Germania et Livonia suborta, nondum deleta omnino et extincta sint. Ideoque sublata nunc glacie apertisque aquis, tanto plus periculi (quod Deus Optimus Maximus pro immensa hac sua clementia diu avertat) metuendum nobis erit eoque diligencius praevidentum vigilandumque. Qua de caussa subditis nostris, prout Magnificentia Vestra pro alta hac sua sapientia facile aestimare poterit, carere hoc tempore aegre possumus. Nam nisi prius certi simus, praedicta omnia mala atque negocia in tranquillum redacta atque sedata, quomodo consultum erit eos a nobis dimittere?

Nihilominus autem si Magnificentia Vestra istud apud Romanorum Regiam Maiestatem obtinuerit impetraveritque, ut praetensa excommunicatio Romanorum Regiae Maiestatis opera in totum deleatur, ita ut ab omnibus locis nos nostrique subditi securi esse queamus, extunc quamcumque in re Romanorum Regiae ipsius Maiestati, pro mediocritate hac nostra, in primis autem contra crudelissimum Christianitatis hostem, Turcam, inservire poterimus, paebebimus nos sedulos ac strenuos, et non tantum milites per Magnificentiam Vestram in dicionibus nostris conscribi permittemus, sed et operam nostram, consilium auxiliumque ad hoc adferre non cessabimus. Verum ut istud in primis cum Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi nostri clementissimi, permisso ac voluntate fiat, sine cuius scitu in his pericolosis temporibus, in quibus Maiestas ipsius Regia non parum periculi cum hostibus suis sustinet, aliquid aggredi aut ulterius quiddam suscipere nefas duximus. Quae omnia supra recitata si ita impetrata forent, cuperemus subditos nostros sub nullo alio duce, quam sub Magnificentia Vestra, rerum scilicet bellicarum peritissima, militare. Quam semper nobis amicissimam perspeximus et cui nos multum etiam merito quidem debere fatemur.

Postremo, ut finem tandem scribendi faciamus, id unicum nunc a Magnificentia Vestra clementer petimus, ut ubicunque locorum, sive in Hungaria, sive alia natione eadem extiterit, nos de rebus interdum novis et statu rerum bellicarum certiores reddere non dedignetur. Id nos erga Magnificentiam Vestram (cui ut omnia foelicissime secundissimeque ex animi sui sententia succendant, ex animo intimoque corde optamus) summo studio atque diligentia sedulo promerer studebimus. Quam bene foeliciterque diu valere valde cupimus. Datae e Regio Monte, XXIII Marcii anno etc. XXXVII.

*In margine in initio scripti: Hieronymo de Lasko.*

a) *in ms. institutus*

2) *Solimanus II.*

1) *Ferdinandus I.*

3) *Carolus V.*

E Regio Monte, 24.III.1537.

*Albertus dux in Prussia  
statibus et ordinibus Lithuaniae  
de praediis ultra fines a subditis suis contra omnem aequitatem consti-  
tutis queritur et rogat, ut eiusmodi facinora in posterum prohibeant,  
ne ad alias vias recurrere cogatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 266-267.*

De constitutis et ordinatis praediis ultra fines et de transfugis etc.  
Obsequia nostra et quidquid grati officii praestare possumus.  
Reverendi, Illustres, Magnifici ac Generosi Amici sincere dilecti.  
Intelleximus nonnullos Magni Ducatus Lithuaniae status et ordines  
aliquid pagus et quaedam praedia ultra fines et limites, inter Ducatum  
Lithuaniae et Prussiae secundum transactionem iam dudum positas<sup>o</sup>, in  
Prussiam<sup>o</sup> constituere, ordinare et collocare. Ad haec rusticos nostros  
ex nostro Ducatu in Lithuaniae ducere et trahere etc. Et quamvis hacte-  
nus, ut fines, ordinatis ad eam caussam ab utraque parte commissariis,  
inspicerentur et novi termini secundum antiquas et novas transactiones  
statuerentur ordinarenturque, sollicitaverimus, non potuimus tamen hacte-  
nus quicquam a Reverendis Paternitatibus, Illustratibus et Magnificentis  
Vestrīs hac<sup>o</sup> in parte impetrare, nisi quod negocium limitum de die in  
diem et anno in annum maximo nostro nostrorumque subditorum incom-  
modo protraheretur, nobisque persuadeamus Reverandas Paternitates,  
Illustrates et Magnificantias Vestrās nequaquam aliquid contra iuratas  
et sigillatas transactiones admissuras. Nihilominus tamen difficile est  
nos, qui iure iurando amplissimae Coronae Regni Poloniae addicti sumus,  
talia contra transactiones in incommodum et detrimentum Coronae  
quottidie agi et perpetrari animadvertere atque permittere.

Quare fraterne, amice et clementer petimus, Reverendae Paternitates,  
Illustrates et Magnificantiae Vestrāe dignentur negocium hoc totum ita  
temperare, ne praeter et contra sigillatas transactiones temere quid fiat,  
et si quid hucusque factum est, tollatur, neque nobis eiusmodi intol-  
lerabilibus factis occasio praebeatur ius nostrum possessionemque dudum  
habitam defendere. Cum interim vix aliud aequē desideremus, quam nos  
fraterne, amice et clementer, quemadmodum bonum decet vicinum, erga  
Reverendas Paternitates, Illustrates et Magnificantias Vestrās exhibere.  
Nam si animadverterimus eodem in statu negocium permanere et facta  
neutiquam tolli, cogemur plane ad alia, ad quae ubi deventum fuerit,

petimus, Reverendae Paternitates, Illustritates et Magnificentiae Vestrae velint nos amice, fraterne et benigne apud se excusatos habere, considerantes nos nihil aliud, quam quod ius, aequitas et ratio dictet et ius iurandum postulet, subire et facere penitus debere. Id quod Reverendis Paternitatibus, Illustratibus et Magnificantiis Vestris amice, fraterne et clementer officia nostra offerimus, diutinam et prosperam valetudinem optantes. Datae e Regio Monte, XXIIII Marcii anno etc. 37.

*In margine in initio scripti: Ad status et ordines Lithuaniae.*

- a) *supra lineam*
- z) *sic in ms.*

*N. 1408.*

*E Regio Monte, 24.III.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, causam, de qua ad status et ordines Lithuaniae scripsit (cfr. N. 1407), commendat et petit, ut eisdem ordinibus persuadeat, «quatenus suggillatae et iuramento firmatae transactiones in consideratione habeantur, ne temere contra eas quicquam statuant et ordinent».*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 267-268.*

*N. 1409.*

*E Regio Monte, 25.III.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]*

*de cancellarii Regni Poloniae in eum collata dignitate gratulatur; negotia sua commendat; pro beneficio Ioanni a Werden exhibito gratias agit; totam provinciam suam ita ei commendata esse cupit, sicut demortuo Petro Tomicki commendata erat; scribit aliqua nova de Moscovitarum moliminibus.*

*Cfr. El. XXXV, N. 528.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 268-273.*

Gratulatur de adaucta dignitate et commendat suam caussam, de Muschovitis subnectens.

Reverendissime in Christo Pater, Frater et Amice nobis charissime.

Certo ad nos relatum est Reverendissimam Paternitatem Vestram ad summam nunc dignitatem et gradum Supremi Cancellarii amplissimi Regni Poloniae evectam esse. Ex quo equidem nuncio quantum voluptatem, gaudium atque laeticiam ceperimus, dici non potest. Deum itaque Optimum Maximum praecamur, ut istud Reverendissimae Paternitati Vestrae faustum sit atque foelix. Cuius etiam divinae clementiae immortales agimus gratias, quod is Reverendissimam Paternitatem Vestram ad hoc officium Regiae Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi nostri clementissimi, benignitate accidente, contra multorum voluntatem ac arbitrium suscepit. Nam cui commodius haec provintia tradi potuisset, scimus neminem. Exorandus autem nobis nunc erit altissimus clementissimusque Deus, ut is Spiritus sui Sancti Paracliti gratiam Reverendissimae Paternitati Vestrae tribuere dignetur atque eandem ita in viis suis ambulare clementer sinat, ut primum omnium laus nomenque omnipotentis Dei, quemadmodum hucusque (Dei gratia) factum est, celebretur, deinde commoda celeberrimae laudatissimaeque Coronae Poloniae in augmentum crescant, postremo Reverendissimae Paternitatis Vestrae honos, nomen laudesque ad sydera usque consurgat<sup>2</sup>. Nos etiam, si quid ad hanc rem pro nostra hac tenuitate opis adferre poterimus, faciemus istud summo semper studio atque diligentia singulari.

Et poste aquam nos in seriis ac gravibus quibusdam negociis nostris ad Sacram Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum et avunculum nostrum colendissimum, iam scripserimus, nobisque in animo fuerit, eadem gravamina nostra ad Reverendissimam quoque Paternitatem Vestram per venturas, noluius eandem dupli legendi molestia onerare. Petimus autem, ut Reverendissima Paternitas Vestra firmiter nobis credat, nos id aegro admodum ac molesto animo, immo summa necessitate ita postulante, fecisse. Cogimur enim istud nunc agere, quod mallemus pro Regiae Maiestatis honore ac dignitate ommissum. Proinde rogamus Reverendissimam Paternitam Vestram fraterne et amice, eadem dignetur in hac nostra caussa ita omnem movere lapidem eandemque hoc modo apud Regiam Maiestatem Poloniae promovere, ita denique in componendo hoc omni negocio nobis operam suam benigne impartiri, ne maior aliqua ulciscendi hanc iniuriam nobis illatam et iniquum vicinorum nostrorum propositum occasio detur, sed regiam clementiam et benignitatem in eo sentire queamus.

Porro cum nostram fraternalm et amicam intercessionem pro Nobili ac Generoso Domino Ioanne a Werden, Burggravio et Proconsule Gedanensi, Capitaneo Neuburgensi, apud Reverendissimam Paternitatem Vestram non parum momenti atque authoritatis habuisse, immo illi etiam

plurimum profuisse intelligamus, agimus pro ea benevolentia Reverendissimae Paternitati Vestrae permagnas gratias, dicique non potest, quam gratum nobis istud atque iucundum fuerit. Hoc enim beneficio Reverendissima Paternitas Vestra ita nos devinctos sibi reddidit, ut unquam antea. Nam quicquid beneficii hac in parte in praefatum Dominum Ioannem a Werden eadem Reverendissima Paternitas Vestra contulit, plane in nos collatum existimamus. Nec ommitemus, quin una cum Domino a Werden hoc beneficium cumulate et cum foenore retribuamus.

Reverendissimam itaque<sup>a)</sup> Paternitatem Vestram, uti amicum et fratrem nostrum charissimum, vehementer precamur, ut miseram ac inopem<sup>a)</sup> hanc Borussiae provintiam in favorem suum ac sub alas suas tuendam protegendumque recipere non dedignetur, illamque ita commendatam sibi habere velit, prout ea ipsa antea Reverendissimo in Christo Patri, amico ac fratri nostro charissimo, Domino Petro piae memoriae, Episcopo Cracoviensi Regnique Poloniae Vicecancellario<sup>b)</sup>, fuit commendatissima. Ex quo deinceps futurum speramus, ut primum omnium Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi, deinde tocius amplissimi Regni Poloniae commodum, utilitas, laus et gloria, sicut antea quoque et hactenus semper factum, in immensum usque crescat et augeatur.

Postremo Reverendissimam Paternitatem Vestram, tanquam fidissimum amicum et fratrem, celare neutiquam possumus, nos per nonnullas fidas personas secretissime cerciores factos, quod Moschovitarum Dux<sup>b)</sup> Regiae Maiestatis Poloniae arcem Broslaw appellatam, in fluvio Dune sitam, clandestinis et occultis insidiis circumvallare atque expugnare in animo habeat. Praeterea rumor est illum in Lithuaniae finibus unam atque alteram arcem aedificare. Additum est quoque quandam ex Lithuania in Moschoviam profectum esse atque dixisse, iam oportunum esse tempus, si aliquid moliri aut urgere propositum velint, nullam enim vim resistencium adesse Lythuanosque haec omnia flocci pendere etc. Ad haec sunt, qui certo affirment Moschovitam multos mercenarios et opplices<sup>b)</sup> in sua provintia habere atque alere, qui gestandis bombardis ut plurimum studeant.

Quae omnia, utut vera, sicuti secreto ad nos devoluta sunt, ita simili modo ea Reverendissimae Paternitati Vestrae significanda et tanquam in sinum fidelissimi amici effundenda duximus. Atque haec non ideo, ut aliquis horum nos authorem agnoscat, sed ut debito nostro officio atque iuramento, quo Regiae ipsius Maiestati obstricti sumus, satisfacere queamus, ad Reverendissimam Paternitatem Vestram scripsimus, non dubitantes Reverendissimam Vestram Paternitatem haec omnia oportuna occasione ad Regiam quoque ipsius Maiestatem relatarum, ut, si quid antea ea de re ad aures regias pervenerit, aut Reverendissima Paternitas Vestra aliquid subolfecerit, tanto clarius res intelligi futurisque omnibus malis (quod Deus Optimus Maximus diu clementer avertat) hoc

melius atque commodius obviam iri possit. Haec omnia Reverendissimam Paternitatem Vestram, pro fraterno nostro in eandem amore, in praesentia ignorare noluimus. Nam quacumque in re pro nostra hac mediocritate Reverendissimae Paternitati Vestrae inservire poterimus aut illi aliquo modo prodesse, praebebimus nos non modo benevolos ac benignos, sed et summo studio atque diligentia id facturi sumus semper. Quam in Christo Iesu diu foeliciter valere valde cupimus. Datae e Regio Monte ut supra, anno ect. XXXVII.

*In margine in initio scripti: Episcopo Plocensi, XXV Marcii.*

- a) *verbum correctum.* 1) *Petrus Tomicki.*  
b) *correctum ex: oppificigros (?)* 2) *Ioannes IV Basilides.*  
z) *sic in ms.*

*N. 1410.*

*E Regio Monte, 27.III.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschatz*

*de 100 florenis factori Fuggerorum Gedani iam persolutis nuntiat; Nicolai Iskrzycki oblatam sibi serviendi promptitudinem grate accipit; de Ioannis Chojeński ad dignitatem supremi Regni Poloniae cancellarii evectione gaudet eique gratulatur; mittit aliquot scripta ad regem et eundem Regni cancellarium de negotio finium inter Ducatum suum et Magnum Ducatum Lithuaniae regundorum; de expeditione bellica in Comitiis decreta accuratius informari cupit; transmittit aliqua nova ex Inferioribus Terris sibi perscripta de regis Galliae conatibus et coeptis; novitates de Turcarum moliminibus sibi mitti petit.*

*Cfr. El. XLVII, N. 222.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 272v-275.*

An Nickel Nipschitzenn, den 27 Marciy.

Uns ist dein schreiben, des datum Crockaw am tag Mathie gegenwertiges jhars, durch den erenvesten, unsren besondern lieben Johan von Werden, burggraffen und burgermeistern zu Dantzig, heuptman uff Neuburgk, zugeschickt worden, dorin wir verstanden, das du von uns

die hundert gulden besoldung der Fucker factorn zu Danzick von  
deinetwegen zu erlegen untherdeniglich begeren thust. Solchem ist also,  
wie du gepeten, volg geschehen.

Was aber die aufschreibung des erenvesten, etwan unsers dieners,  
Mecheln<sup>a)</sup> Isskritzki etc. bestallung anlangt, dieweil derselb in ansehung  
seines jtz habenden schweren dinsts uns seine bestallung selbst zu  
uberschicken willens gewesen und sich gleichwol uns zu dienen hochlich  
erbeuth und jnen fur unsern diener zu erkennen bitten thut, haben wir  
sein erbietungk zu dencklichem gefallen angenommen nicht zweifelende,  
sonder wollen uns des alwegen zu ime versehen, er werde von uns lauts  
seines erbietens sein dinstwillig gewogen gemuth derhalben nicht abwenden  
und uns in allem zimblichen und ime leidlichen zu dienen keinesweges  
untherlassen. Das sein wir mit allen genaden gegen seiner person  
abzunemen geneigt und fugen dir hierneben wissendt, das uns Jacob  
Prerezowitz auch seinen dinst abgekundigt und bey seinem eigenem diener  
die bestallungk zugeschickt.

Der neuen zeitung, das der erwirdig in Got unser besonder lieber  
freundt und bruder, her Johan Choyntzki, bischoff zu Plotzky, zu dem  
obersten cantzlerampt der Cron Polan verordent und gesetzt, sein wir  
gantz hochlich erfreuet und wunschen von Got dem Almechtigen seiner  
liebden weisheit, vorsichtigkeit, viel glucks und selige wolfarth zu  
solchem ampt mit genedigem begern, du wollest uns seiner lieb aufs  
hochste bevelhen. Und schicken dir hiebey etliche schriften an ko.mt. zu  
Polan etc., unsern genedigen herren und freuntlichen, lieben ohemen,  
desgleichen seine lieb anzaigende, wes uns abermals der lithawischen  
grenitzen halben fur beschwerung begegnen und das man sich so hart zu  
uns notigen thut, dordurch wir hochgemelter ko.mt. zu Polan etc., auch  
den stenden zu Litthauen etwas dest beweglicher zu schreiben geursacht,  
ungezveifelt du wirdest wes disfals von uns geschrieben, domit wir dich  
nicht mit zwifacher muhe beladen von gedachtem unserem freundt von  
Plotzki etc. zu vornemen haben. Nachdem du uns aber in ehe zeiten und  
zuvorn deiner mit solchen hendeln, auf das du nicht mit prugeln geschlagen,  
zu vorschonen betlich durch dein schreiben angelangt, welchs wir  
dann hiemit thun, so wollest doch bey vilgenentem unserm geliepten  
freundt von Plotzky etc. procuriren helffen, uff das solche unsere schriften  
(die dan aus keiner andern ursachen, dan unvermeidlicher hohen notturft  
und unser pflichten nach, domit wir ko.mt. zu Polann etc. und der Cron  
doselbst verwanth, herfleust) allenthalben zum besten gedeut und  
verstanden werden, desgleichen durch ko.mt. zu Polan etc. genad gegen  
unser wenigen person dohih gesehen, das solchem allem abschaffung  
bescheiden moge, dan one das musten wir gedencken, die Whalen wolten  
uns arme, ergebene Preussen zu undanckbarkeit (welchs dan wehe thun  
mocht und Got genediglich vorhuten wolle) zum hochsten treten.

Wie du nun ferner des reichstages halben, das derselbe vast am ende und man nicht mit grosser eintracht voneinander geschiden, schreibest, auch das ein herezuck vorhanden und von den obersten herren der Cron Polann etc. aus beschlus gemeins adels auf nechst kommenden Johannis in sonwenden zu Medica in Reussen angesetzt, dardurch man mit der zeit zu vornemen, wes guts daraus volgen, doch letzlich im beschlissen des briffs weiter meldest, das man praticen und wege suche, ob die herfart abgestellt werden. Woe aber solchs nicht beschehe und ins velth kommen, stunde zu besorgen, das es nicht auf hungarisch zugehen mocht, dan ko.mt. geistlich und weltlich stende eintrechtk und fur ein part, desgleichen gemeyner adel (der grosmechtigk) auch einstimmig das ander theil sey, welche summa summarum kurzumb und kein anders ire privilegia gehalten haben wollen, aus dem volgen werde, wie dein schreiben ferner in sich helt. Solcher zeitungk sein wir gantz herzlich erschrocken und koennen nichts guts, dan entliche zerrutungk daraus abnemen. Ist hierumb unser genedigs ansiennen, wes diss alles weiter furfallen wirt, du wollest uns dasselbige clerlich und ausdrucklich mittheilen, dan wir jhe nicht anderst gehort, noch selbst wissen, weder das hochberurte ko.mt. sampt den loblichen stenden der Cron desselben reichs dem gemeynen adel in iren privilegien und freiheiten nicht zu entgegen und wer besser (wie itzt allenthalben die leuft gantz geferlich stehen), wir auch nicht zweifeln, ko.mt. durch ire von Got begnadigte angeporne geschicklyigkeit und hohen verstandt sampt iren hochweisen, verstdigen, loblichen stenden und rethen solchs (one das thun werden), das man mit guther vernunft und geschicklichkeit dem boesen vorkeme, domit verhuet, das nicht hungarisch wesen in Polan einreissen mocht.

Von neuen zeitungen wissen wir dir nichts sonderlichs zu vermelden, allein das aus Niderlant geschrieben und gesogt wirt, wie der konig von Franckreich<sup>1)</sup> in die vierzigtausent starck zu fuess und zehntausent zu ross in Hochburgundien fur dreyen steten, nemblich Atrecht<sup>2)</sup>, Arien<sup>3)</sup> und Betunen<sup>4)</sup>, die im landt Hengenaw<sup>5)</sup> ligen und an Franckreich stossen, sich gelegert. Nichtsweniger der konig zu Schotlanth<sup>6)</sup> mit vierzig wolgerusten orleyschiffen hochbenenten konigen von Franckreich zuguth die sehe innen haben und allenthalben kay.mt.<sup>7)</sup> und derselben erblanden grossen schaden zufuegen sollen.

Wie es mit dem Turcken<sup>8)</sup> eingestaldt, sein wir zweifelsfrey, du hast derselben gute wissent, wiewol kaufmans rede, des wir doch nicht glauben und Got bitten, das solchs nicht geschehe, gehen, das derselbe gereith vor Wien ligen, derhalben die von Nurnberg und andere mehr zu entsatzungk der stat krigsvolck, geschutz und pulver hinab gefertigt, welchs aus dem, das das eise die brucken hinweggetrieben, nicht hineinkommen sein solle. Ob nu dem also oder nicht, wissen wir nicht fur warhaftig. Woe es sich aber (des wir doch nicht hoffen) dermassen

erhielte, wer uns gantz kommerlich, dan romischer ko.mt.<sup>9)</sup> sampt dem romischen reich und andern nicht geringer nachteil doraus entstehen wurde. Begerende wann du was von warhaftigen zeitung hast, uns dasselbig mitzutheilen, doneben koniglichen mten alten und jungen allerseits mit guther geschickligkeit von unser, unser freuntlichen, geliepten gemahel<sup>10)</sup> und jungen tochtern<sup>11)</sup> wegen, unser untherdenig, freuntwillig dinst, gluckselige wolfarth und alles guts ansagen mit hochster, gepurlicher erpietungk, wie du dan wol zu thun waist, und berurter unser lieben gemahel die sachen bey ko.mten aufs beste ausrichten. Das sein wir mit sondern genaden gegen deyner person zu beschulden gewogen und wollen darauf bedacht sein, domit junger ko.mt., unserem freuntlichen, geliepten herren und ohemen, kurtz nach Ostern der hengst, desgleichen konigin Isabella der punth, wie begert, allenthalben geschickt werden und dir genedigen willen zu erzeigen seint wir geneigt. Datum Konigsberg, ut supra.

Commissio Principis

audivit legere.

Secretarius.

a) *recte*: Nickeln

6) *Iacobus V.*

1) *Franciscus I.*

7) *Carolus V.*

2) *Atrebatum (Arras).*

8) *Solimanus II.*

3) *recte*: Amiens.

9) *Ferdinandus I.*

4) *Béthune.*

10) *Dorothea.*

5) *Hennegau.*

11) *Anna Sophia.*

N. 1411.

E Regio Monte, 3.IV.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislaο Orwid (Orbidano), tivuno Telszensi,*

*pro Ioanne Geyer, fabro suo armario intercedit et rogat, ut privignum eius, Ioannem Jauch (Gauch), contra omnem aequitatem et transactiones inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae constitutas in vincula coniectum, liberum remittat («ne hanc iniuriam subdito nostro illatam alio modo recompensandi occasio aliqua maior nobis praeberi possit»); pro altero etiam subdito suo, Bonaventura, intercedit postulans, ut ei sal iniuste retentum restituat.*

*(Latine)*

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 273-274.

N. 1412.

E Regio Monte, 6.IV.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*duci Slucensi [Georgio Olelkowicz]*

*se mercatorem eius Alexium, cum 26 peciis cerae et aliis mercibus per Ducatum suum proficiscentem, in eundo et redeundo libere, sine omnis telonei pensione, transire permissurum esse pollicetur, dummodo manifestum sit eiusmodi merces suas (ducis Slucensis) esse.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 274-275.

N. 1413.

E Regio Monte, 8.IV.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Andrea a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro Paulo Fasolt, subdito suo, cui Petrus ab Enden, civis Posnaniensis, certam pecuniae summam debet, intercedit et rogat, ut ad consequenda haec debita operam suam ei impertiatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 275.

N. 1414.

E Regio Monte, 16.IV.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Plocensi [Ioanni Chojeński]*

*eum iam in bona et episcopatum suum profectum tanquam vicinum salutat; de Lithuanis antiquos fines et limites temere mutantibus queritur et consilium expetit, quid sibi hac in re faciendum sit.*

Ostpr. Fol., vol., 50, ff. 278-279.

Petit consilium in negocio limitum contra Lithuanos etc.

Reverendissime in Christo Pater etc.

Posteaquam ad nos relatum est Reverendissimam Paternitatem Vestrām in bona ac episcopatum suum iam profectam, noluimus praetermit-

tere, quin eandem, tanquam vicinum nostrum charissimum, literis nostris inviseremus, precantes eidem omnia fausta atque foelicia. Gratulamur itaque et quidem plurimum nobis eum vicinum Fortunam concessisse, quem scimus ex sincero corde nobis nostrisque multum favere, et quem iam olim nobis dari vehementer precati sumus Deum.

Ceterum personam vestram Reverendissimam Paternitatem Vestram<sup>1)</sup>, pro singulari fraterno nostro in eandem amore, celare neutiquam possumus, Lythuanos nobis in Ducatu nostro praeter omnia nova et antiqua compactata, iurata et sigillata foedera, necnon et praeter constitutos et positos limites, cottidie permagnam adferre molestiam, indiesque magis atque magis antiquos limites atque fines de loco movere eosdemque non in exiguum amplissimi Regni Poloniae feudi detrimentum detrahere. Quod tametsi non solum coram Sacra Regia Maiestate Poloniae, Domino et avunculo nostro clementissimo, verum etiam paeclarissimis Magni Ducatus Lithuaniae ordinibus conquesti simus institerimusque, quo eiusmodi iniuriam atque molestiam prohibere in posterum Regia ipsius Maiestas ordinesque dignarentur, tamen in hunc usque diem nihil adhuc responsi accepimus. Quare totum hoc negocium eodem in loco adhuc positum est.

Quam ob rem cum ius iurandum nostrum, quod sicuti vasallus Regiae ipsius Maiestati praestitimus, nos ea indicare atque admonere cogat, quae amplissimo Regno Poloniae magnum incommodum atque detrimentum adferre videantur, non potuimus praetermittere, quin talia quoque Reverendissimae Paternitati Vestrae significaremus, amice, clementer ac fraterne petentes, Reverendissima Paternitas Vestra velit pro singulari suo erga nos amore, quid in hac caussa nobis nunc amplius, ne celeberrimo Regno Poloniae praeter aequitatem aliquid adimatur, faciendum sit, amicum ac fraternum suum consilium, opem<sup>a)</sup> atque operam nobis, tanquam membro Coronae incorporato, impartiri, prout Reverendissimam Paternitatem Vestram facturam non dubitamus. Id nos summis viribus erga Reverendissimam Paternitatem Vestram, amicum ac fratrem nobis charissimum, promereri studebimus. Quam in Christo Iesu foeliciter valere atque vivere cupimus. Datae e Regio Monte, XVI Aprilis anno etc.  
**XXXVII.**

*Sub textu:* Mutatis mutandis scriptum est ad Episcopum Premisiensem,<sup>1)</sup> Ioannem a Tharnaw, Palatinum Lessensem,<sup>2)</sup> Lucam de Gorckaw, Andream de Gorckav, Palatinum in Lesslaw<sup>3).</sup>

*In margine in initio scripti:* Episcopo Plocensi.

a) *in ms. spem*

1) *Petrus Gamrat.*

2) *Ianussius Latalski, palatinus Inovladislaviensis* (cfr. *El. XXXV*, N. 530).

3) *ut supra sub 2).*

*N. 1415.*

*E Regio Monte, 16.IV.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,  
de filio ei nuper nato gratulatur; de Lithuanis antiquos fines et limites  
temere mutantibus queritur et consilium exposcit, quid sibi hac in  
causa faciendum sit.*

*Cfr. El. XXXV, N. 532.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 276-277.*

Petit consilium in negocio finium regundorum cum Lithuanis etc.

Magnifice ac Generose, Affinis et Frater nobis dilecte.

Quod tam longo temporis intervallo nullas ad Magnificentiam Vestram literas dedimus, factum est istud nulla alia de caussa, quam quod aliis et quidem gravibus negotiis hactenus occupati fuerimus plus nimium. Rogamus itaque, ut Magnificentia Vestra nos hac in parte excusatos habere non dedignetur. Dabimus enim operam, ut quod in hoc scribendi officio hucusque neglectum est, maiori deinceps studio atque diligentia resarciatur. Cum autem intellexerimus, quod omnipotens Deus Vestram Magnificentiam prole auxerit eidemque ac eiusdem castissimae uxori novum haeredem<sup>a)</sup> largitus sit, non possumus non plurimum Magnificentiae Vestrae, ut adfini, amico et fratri nobis charissimo, gratulari, multum salutis et fortunae optantes, ut idem novus haeres auspice Deo crescat et coalescat ad tocius familiae, necnon amplissimi Poloniae Regni commodum, laudem et gloriam.

*Sequitur ut in N. 1414: Caeterum...*

*In margine in initio scripti: Domino Ioanni Comiti a Tharnaw.*

a) *in ms. spem*

1) *Ioannes Christophorus.*

*N. 1416.*

*E Regio Monte, 16.IV.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Petro Goryński, palatino et vicesgerenti Masoviae,*

*de nuntio nobilium quorundam Lomsensium, qui litteras de reddendis profugis ad officiales ducis germanice conscriptas accipere nolebat, queritur.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 280-281.*

De quorundam nobilium ex Mazovia nuntio, qui litteras ad officiales Illustritatis Suae germanice conscriptas accipere nollebat.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice et Generose.

Rogarunt nos nobiles aliqui ex Lumbsdae<sup>a)</sup>, conquerentes quosdam fugitivos nostros apud officiales detineri, ut literas ipsis dare dignaremur generales, quibus libere requirere et eorum fugitivos repetere possent, quocumque nostri Ducatus Borussiae loco invenirent eosdem. Nos vero, qui omnibus vicinis morem gerere in licitis et honestis semper parati sumus, nec ipsis petita denegare voluimus, sed citra ampliorem inquisitionem literas dare iussimus, prout ipsis conducere arbitrabamur. Quas tamen legatus eorum nomine Nicolaus de Lomsda recusavit eo, quod Germana nostra lingua confectae erant, Latinas ambientes<sup>b)</sup>. Sed quia nostri praefecti Latine ignorant, neque nobis unquam moris erat officialibus nostris scribere in aliena lingua ipsis incognita, nec literarum petitoribus conducibile videbatur nihilominus<sup>c)</sup> ut inconsuetis officiales nostros aggredi literis. Verumtamen ille idem praedictus Nicolaus, factis valde molestis verbis, quemadmodum Magnificentia Vestra ex Generoso Domino Thoma Sobotzky, Tribuno Lancicinensi<sup>d)</sup>, regio orathore<sup>a)</sup> et aulico, qui coram talia audivit, abunde percipiet, tandem eas ipsis literas accepit. Ne autem querimonia aliqua a praedictis nobilibus erga nos institui posset, quasi litteras aut<sup>e)</sup> denegassemus, consultum nobis videbatur, Magnificentiae Vestrae praedicta indicare, petentes, ut Vestra Magnificentia nobilibus illis significare velit, nos haudquaquam aliqua molestia easdem dedisse, imo pocius omnia secundum transactiones et iura cuvis administraturam. Nihil plane diffidentes Magnificentiam Vestram vicissim nostris iusticiam indilatam<sup>b)</sup>, ubi usus postulaverit, administraturam deque illo tam importuno homine dignas sumpturam<sup>c)</sup> poenas. His bene valeat Magnificentia Vestra. Datae e Regio Monte, XVI Aprilis, anno etc. XXXVII.

*In margine in initio scripti: Petro Gornisky.*

a) *in ms. orathori*

b) *partim supra lineam.*

c) *in ms. sumpturum*

z) *sic in ms.*

E Regio Monte, 16.IV.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Lucae a Górkā, palatino Posnaniensi,*

*rogat, ut — a rege ad proxime futura terrarum Prussiae Comitia legatus  
designatus — statuto tempore eiusmodi Comitiis personaliter adsit  
negotiaque sua sibi commendata habeat.*

*Cfr. El. XXXV, n. 534.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 281-282.*

Petit, ut Comiciis Prutenicis omnino ex mandato Regis intersit  
sibique caussam commendatam habeat etc.

Magnifice ac Generose.

Relatum est nobis Magnificentiam Vestram iussu, mandato et voluntate Serenissimi ac Potentissimi Regis Poloniae ad consiliarios, status et ordines terrarum Prussiae oratorem et legatum ad proxime futura Comitia designatum. Quod ut commodo et utilitate Sacrae Regiae Maiestatis, tocius terrae Prussiae et honore Magnificentiae Vestrae fiat, Deum omnipotentem devote obsecramus. Neque vero cuiquam maiori cum honore, dignitate et utilitate hanc provintiam demandari potuisse arbitramur. Idque non una de caussa, quas tamen in praesentiarum enumerare, cum eas ipsas Magnificentia Vestra partim apud se colligere, partim etiam in ipso<sup>a)</sup> cardine negotii experiri poterit, supervacaneum esse iudicamus, hoc unum saltem petentes Magnificentiam Vestram nedum pro honore, commodo et utilitate Sacrae Regiae Maiestatis, sed et tocius Coronae amplissimi regni Poloniae, statuto tempore Comiciis personaliter coram adesse, neque aliquam caussam admittere, quae hanc cumprimis necessariam legationem impedire queat, atque subortas simultates ex omni parte ita componere et e medio tollere, ut ex ea nihil penitus reliquum<sup>b)</sup> siet. Nam quae incommoda inde, nedum Sacrae Regiae Maiestati, sed et Regni ordinibus, Regno Poloniae et dominiis Sacrae Regiae Maiestatis evenire possint, ex plurimis et antiquis et novis exemplis facile prespici potest; denique negocium Regiae Maiestatis, amplissimae Coronae et huius miserae terrae Prussiae benigne<sup>c)</sup>, amice et fraterne considerare et id nomine Regiae Maiestatis et Coronae Regni Poloniae statuere et ordinare, quod ex re ipsius Regiae Maiestatis Coronae et huius terrae Borussiae siet. Ad quae si pro nostra tenuitate

quidquam addere poterimus, nos benevolos et paratos exhibere parati sumus. Datae e Regio Monte, XVI Aprilis anno ect. XXXVII.

*In margine in initio scripti:* Lucae Comiti de Gorckaw.

- a) *in ms. ipsa*
- b) *in margine.*
- c) *sequitur expunctum: et*

*N. 1418.*

*E Regio Monte, 17.IV.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Venceslao Proček (Protzig) de Četna, secretario regio,  
in benevolentiae signum equum ab eo desideratum ac petitum ei dono  
mittit.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLVII, N. 225.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, f. 275v.*

*N. 1419.*

*E Regio Monte, 18.IV.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae  
rogat, ut Thomae Sobocki, tribuno Lanciciensi et legato regio ad regem  
redeunti, in omnibus iis, quae illi cum publice tum privatim pro-  
ponenda mandavit, plenam fidem adhibeat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 284.*

*N. 1420.*

*E Regio Monte, 18.IV.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschitz*

*litteras eius per Thomam Sobocki, regium ad se oratorem, sibi allatas esse nuntiat; eiusdem oratoris dotes et virtutes laudat; ornamentum aliquod muliebre, a coniuge sua [Dorothea] manibus propriis confectum, reginulae Isabellae per Thomam Sobocki transmittit.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLVII, N. 224, 226.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 276-276v.*

*N. 1421.*

*E Regio Monte, 23.IV.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gregorio Chodkiewicz (Chotzkowitz)*

*pro litteris et studio eius erga se gratias agit; studium et benevolentiam suam ei vicissim declarat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 284-285.*

*N. 1422*

*E Regio Monte, 24.IV.1537.*

*Ioannes Pein (Payn), praefectus Insterburgensis,*

*Ioanni Kuncewicz (Ivano Kuntziwitz), praefecto Georgenburgensi,*

*rogat, ut sibi rusticos et colonos ex praefectura sua Insterburgensi in districtum Georgenburgensem (Jurborgensem) profugos restitui curet.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 285-287.*

N. 1423.

E Regio Monte, 24.IV.1537.

*Ioannes Pein (Payn), praefectus Insterburgensis,  
Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, parocho et teloneatori Caunensi,  
rogat, ut rusticos et colonos suos, ex districtu Insterburgensi profugos  
et in districtu Georgenburgensi (Jurborgensi) latitantes, una cum  
bonis suis, sibi restitui curet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 287-289.

N. 1424.

E Regio Monte, 25.IV.1537.

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Nibschtz  
notitias de Turcarum statu et conatibus sibi procurari et transmitti petit.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 276v-277.

An Nyckel Nyptschitzen, den 25 Aprilis.

Nachdem nun here eyn lange zeit das gemeyne geschrey gegangen, das der vheindt der christenheit mit gantzer macht und uffs allersterckeste, die christenheit unter sich zu prengen und zu beschedigen vornhemens und geraidt uff dem anzoge sein solle, welchs wir dan aus vielen beweglichen ursachen, wie es sich im grund darumb erheilt, wiessenschaft haben wolten, derwegen ist unser gantz gnedigs begern und synnen, du woltest mit allem hochsten vleiss und gutter geschigligkeit (wie du wol ze thun weist) unserm freundt von Primesal<sup>1)</sup> und andern hohen heuptern erkundigen, wie es sich doch aigentlich mit dem<sup>a</sup> Turcken<sup>2)</sup> erheilt, ob er auf dem zug sey, an welchem orth er seynen zog gedencke zu nhemen. Wes du also allenthalben erferest, uns uff unsern aigen uncosten unseumlich vorstendigen und uns dits keins weges verhalten. An dem thust du uns zu sonderm gefallen in gnaden widerumb zu erkennen. Datum Konigsperg, ut supra.

Commissio Principis ex  
relatione Cristoff Creitz.  
Marquart.

a) *supra lineam*

1) *Petrus Gamrat.*

2) *Solimanus II.*

N. 1425.

*Hohenstein (Olsztynek), 27.IV.1537.*

*Fridericus ab Oelsnitz, capitaneus Hohensteinensis,  
Ioanni Kurtzbach (Cortzbach), decano Gnesnensi,  
in negotio piscis, « quem vulgo lupum appellant », nullo ab eo accepero  
responso, rogat, ut — « si adhuc talem piscem omnem una cum con-  
sule Lovitzeni » a duce Alberto emere in animo haberet — intra  
octiduum se Neidenburgum, vel Soldaviam, vel in praefecturam suam  
Hohenstein conferat ad eiusmodi negotium tandem componendum.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 282-283.*

N. 1426.

*E Regio Monte, 30.IV.1537.*

*Albertus dux in Prussia  
Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
pro invitatione ad nuptias filii gratias agit; aliquot arma levis et grandioris  
armaturae, hastiludiis apta, una cum eorum magistro mittit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 289-290.*

N. 1427.

*E Regio Monte, 4.V.1537.*

*Albertus dux in Prussia  
Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
ad nuptias filii eius legatos suos mittit Bothum baronem ab Eulenburg  
(Eylenburgk) et Alexandrum a Kurtzbach (Cortzbach), consiliarios  
suos; causam Iacobi Grolock, civis Regiomontani, commendat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 290-292.*

N. 1428.

E Regio Monte, 16.V.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Alberti Orwid (Orvidano), tivuno Telszensi,  
pro Ioanne Jauch (Gauch) intercedit et rogat, ut eum « transactione facta »  
liberum dimittere velit, item commendat causam Bonaventurae, subditi  
sui.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 293-294.

N. 1429.

E Regio Monte, 16.V.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Alberti Orwid (Orvidano), tivuno Telszensi,  
pro Ioanne Pernecker, cive Regiomontano, sine omni culpa ab eo contu-  
meliis et conviciis affecto, intercedit et postulat, ut aut ab eiusmodi  
conviciis et contumeliis se in posterum abstineat, aut clare probet et  
ostendat illum reum esse.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 294-295.

N. 1430.

E Regio Monte, 22.V.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
equum iuvenem ac fortē dudum ei promissum, sed « propter longin-  
quitatem itineris et tempus hiemale, in quo sine damno et periculo  
deduci haud facile potuisset », hic retentum, per stabuli sui magistrum  
Valentinum Wyssner (vel Wiesener), mittit et rogat, ut eum benigno  
animo recipere et » dantis potius animum quam exiguitatem muneris  
considerare velit ».*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 164.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 295-297.

N. 1431.

E Regio Monte, 22.V.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschatz*

*per agasonem suum, Valentimum Wisner, equum regi iuniori dono mittit  
et rogat, ut agasoni suo in tradendo regi equo opera sua adsit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 277-277v.

N. 1432.

E Regio Monte, 22.V.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*proconsuli et consulibus Posnaniensibus*

*per servitorem suum Vitum Gattenhofen transmittit eis summan 2000  
florenorum marchioni Ioanni suo nomine persolvendorum.*

Cfr. El. XLV, N. 24.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 277v-278.

An rath zu Posenn, den 22 May.

Wyr fugen euch genediglich wissendt, das wir dem hochgepornen fursten, unserm freuntlichen, lieben vettern und brudern, herrn Johansen marggraffen zu Brandenburg etc., auf jtzig vorgangen Ostern viertausent gulden reynisch, je dreyssig groschen preussisch fur eynen gulden gezelt, zu entrichten, verpflicht und vorschreiben seindt, uns aber s.l. eyn anzal ochssen fur ir furstliche hoffhaltung alhie an solcher suma geldes zu bestellen und das überlaufend hinter euch gegen Posen zu erlegen freuntlich ersucht. Warauf wir s.l. fur zwytausent gulden obberurter werung ochssen, vermag hiebeyliger s.l. abgefertigten kuchenmeisters quitantzen, überantworten haben lassen, und uberschicken euch die hinderstelligen zweytausent gulden reinisch bey dem ersamen unsern diener und lieben getreuen Veitenn Gatenhoffenn, unser stadt Altenstat

Konigsperg mitburger, die ir dann von ime also zu entphahen. Dieweil wir uns aber zu euch alles furdelichen wolhetigen willens vorsehen, so ist unser genedigs ansiennen, ir wollet euch solche zweytausent gulden reinisch von obbemeltem unserm dyner neben der quitantzen zu entphahen und ime ein bekentnus, wes er euch uberantwort, daruber zu geben. Desgleichen, wen hochberurter unser lieber vetter, marggraff Hans, einen s.l. diener nach solchem uberaufenden gelt schicken wurde, ime dasselbig gelt zu uberraichen unbeschwert sein, doch diser gestalt, das s.l. euch ein versicherung, darinnen uns dieselb vonwegen der viertausent gulden, halb an gelt und das ander halbteil an ochssen, welchs wir s.l. auf berurten termin Ostern jungst fellig gewesen, notturftiglich quitiren, durch iren diener uberantworten lass. Woe das beschehen, so wollet s.l. dienern solch gelt neben der quitantzen fur die ochssen uberantworten und solche s.l. quitantzen fur die viertausent gulden obgedachter wehrung zu euren handen nemen und uns bey erster gewisser zufelliger potschaft wol verwart zuschicken, auch in solchem allem unserm genedigen vertrauen nach gutwillig erzaigen und beweisen. Das seint wir gegen euch in allen genaden abzunemen erputtigk. Datum Konigsperg, ut supra.

Commissio Principis ex  
relatione Secretarii.

Hieronomus.

N. 1433.

E Regio Monte, 9.VI.1537.

*Albertus dux in Prussia  
Iosto Ludovico Decio  
de re monetaria copiosius scribit; pro studiis eius in pecunia sibi pro-  
curanda adhibitis et pro communicatis novitatibus gratias agit; scri-  
bit aliqua nova de Gallis ac Burgundis et de triennalibus induitiis  
inter Daniam et Inferiores Terras initis.*

Cfr. El. XLVII, N. 231.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 278v-280.

An Jobst Ludwigenn, den 9 Juni.

Wir haben den bericht, belangende die munzt, von dem ersamen unsern lieben, besondern Eustachio Vogelweidernn, euren diener, auf

dise mass, nemlichen das ir alles sylber, so ir bekommen wurdet, nindert dann auf dreyerley zu muntzen bedacht, was reich, pagament abzutreiben, was arm ist, mit grosem schaden abzutreiben, wolt ir auf groschen giessen, also der hoffnung, wo moglich, ein dritteil silbern muntz und zwey drittel groschen zu machen, alzeit das sylber zu vormuntzen und nachmals zu vermeiden schaden, auch enthalt der muntzergesellen, die groschen und wan gar nichts verhanden, als sich wol zutragen kann, der sendung ferligkeit oder bekommers des silbers halben, das alsdan wir das muntzergesindt zu erhalten, zuletzt heller zu muntzen genediglichen zulassen wolten etc., alles nach der leng, dorneben auch ewer ferner bedencken, und das das silber ubel zu erlangen, desgleichen mit grossem schaden und fhar hereinzubringen, notturftiglich vernommen. Nun bewegen wir erstlichen bey uns selbst furnemlich die fhar jtziger geschwinder ferlichen leuften, wie ewer schreiben selbst meldet, das das sylber ubel zu bekommen. Derhalben wir euch oder jemants anders in eyn unmuglichs zu dringen gar nicht genaigt, versehen uns aber unserm genedigen vertrauen und ewerem erbieten nach, ir werdet in dem, wes erheblichs und moglich mit der silberen muntz dasselbig getreulich und am meisten furdern.

Was aber die groschen und pfennig belangt, dieweil wir befunden, das die groschen also angenem, ist uns euer bedencken nicht zu entgegen, auch das bissweilen pfennig geschlagen, doch das mass darin gehalten, damit derselben nit zuvil und sowol als die groschen eurem erbieten nach verfurt wurden, aber das in alwegen (nachdem die Polen unser muntz also heftig anfechten) die mass von euch, wie wir nit zweifeln, ir one das willig und schuldig gehalten, domit das gewicht, korn und schrot und adelhaftig befunden werde. Wollen derwegen die sachen ein zeitlang ansehen und mit euch abwegen, wess weiter dorin zu thun und zulassen beratschlagen.

Wie ir uns ferner durch berurten eueren diener, das wir euch ungerisch golt zu muntzen zu gestatten genediglichen vergonnen wolten, bitten habt lassen, seind wir sofern sie dermassen, wie ewer vorschreibung mitbrengt, gemuntzt und sich des niemandts zu beklagen, auch wol zufriden und thut uns doran zudem ein sonderlich gefallen.

Euer gehabten muhe vonwegen der tausent Jochanis<sup>z</sup> taler uns zu unser notturft aufzuprengen, thun wir uns gantz genediglichen gegen euch bedancken. Und wollen euch hierauf genediger meynung nicht bergen, das uns obbemeilter euer diener dieselben gereit zu guttem danck erlegt, hat auch geburliche quitantzen doruber von uns entpfangen.

Der zugeschickten neuen zeitungen bedancken wir uns auch gegen euch, genediglich begerende, ir wollet, wes ferner mitler zeit furfallen wurde, uns dasselb nicht verhalten. Das seint wir mit allen genaden gegen euer person abzunemen urputtig und wolten euch solchs alles auf

euer schreiben darnach weiter wissen zu richten genediger meynung unangezeigt nicht lassen.

Wollet letzlichen von unsert- und unserer freuntlichen, gelibten gemahel<sup>1)</sup> wegen euer lieben haussfrauen unsern gnedigen willen und alles gutts ansagen. Und konnen euch hieruber von neuen zetitungen, doch wess allain die gemeyne rede und durch kaufleut an uns geschrieben, unangezeigt nit lassen, das die Franzosischen den Burgundischen genug zu thun geben an der grenitz von Flandern, desgleichen das ein dreijeriger anstandt zwischen k.w. zu Denmarcken und den Niderlanden ist aufgericht worden. Datum Konigsperg, ut supra.

Commissio Principis  
ex relatione Secretarii.  
Hieronimus.

1) *Dorothea*.

2) *sic in ms.*

N. 1434.

*E Regio Monte, 9.VI.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Henrico Storch et Ioanni Graff, civibus Posnaniensibus,  
pretio clenodiorum a defuncto Iacobo Korb relictorum 479 marcarum  
aestimato, mandat eis, ut ex hac summa debitam eis pecuniam adi-  
mant, residuam vero summan sibi Regium Montem mittant ad  
sustentationem relictorum Iacobi Korb orphanorum destinandam.*

(Germanice)

*Cfr. El. XLV, NN. 21, 22, 23, 25, 26, 28, 30.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 280-280v.*

N. 1435.

*E Regio Monte, 18.VI.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Kościelecki*

*pro Andrea Schmitner, cive Regiomontano, intercedit, qui sibi indicavit  
« se omnia bona sua illi antea adempta recepisse, praeter duos  
pannos tibiales vel caligarum et aliquot panniculos segmentatos  
vel fimbria serica », et rogat, ut curet, quo ea etiam recuperare possit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 297.*

*N. 1436.*

*E Regio Monte, 18.VI.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, parocho et teloneatori Caunensi,  
pro Bernardo Heydensteyn, cive Regiomontano, intercedit et orat, ut  
retentos ei aliquot lastos calcis sive lapidis calcarei, in usum aedifi-  
ciorum suorum prompta pecunia coemulti, libere ac sine ullo impe-  
dimento dimittere velit, «ne graviora damna perpeti aut graviores  
sumptus eam ob caussam facere cogatur».*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 298.*

*N. 1437.*

*E Regio Monte, 20.VI.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Dziaduski, teloneatori Posnaniensi,  
Georgium Schultheiss, servitorem suum, sibi ad usum et commodum  
suum aliquot fasciculos papyri coemisse significat et valde miratur  
eum (scil. Dziaduski) diffidere eiusmodi bona ad se (scil. ducem  
Albertum) pertinere; deinde nuntiat sibi relatum esse eum vasa  
sua aperire voluisse; hortatur eum et rogat, ut «in eam persuasionem  
sese neutiquam induci sinat», quasi eiusmodi vasa ac merces ad  
se non pertinerent; significat praeterea se a rege impetrasse litteras  
de ducentis bobus «annuatim per integrum decennium libere,  
absque ulla theloni exactione», depellendis et nunc Henrico Storch  
(Storck), civi Posnaniensi, potestatem dedisse eosdem boves depel-  
lendi; rogat igitur, ut illi in eo minime impedire, sed potius opera sua  
adesse velit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVI, N. 565.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 298-301.*

N. 1438.

E Regio Monte, 21.VI.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*litteras eius, 23.IX.1536 Vilnae datas, se iam demum accepisse nuntiat;*  
*civis cuiusdam Grodnensis [nomine Romani] querelas et accusationes*  
*contra subditum suum, Matthiam Marquardt, de arrestatis et re-*  
*tentis bobus refutat et rem totam prolixius exponit.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXX, N. 155.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 301-303.*

N. 1439.

E Regio Monte, 25.VI.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*in Daniam ad coronationem Christiani III regis una cum coniuge profectu-*  
*rus, provinciam suam regi commendat; rogat, ut in ineundo contractu*  
*matrimonii inter regem Poloniae iuniorem et regis Romanorum filiam*  
*causae etiam suae Ducatusque sui ratio habeatur.*

*Cfr. El. XXX, N. 165.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 303-305.*

De profectione in Daniam. Commendat provinciam suam.

Serenissime Rex, Potentissime Monarcha, Princeps et Domine etc.

Quandoquidem Illustrissimus Princeps Potentissimusque Dominus, Do-  
minus Christianus Electus Daniae Rex, Dominus, consanguineus, affinis  
et frater mihi dilectus, certiorem me fecit, quod Sua Regia Maiestas  
Regnum Daniae, divina adiuvante clementia, subegerit iamque in ea sit  
sentencia, in nomine Sanctae Trinitatis regia corona proximo die domini-  
co post Laurentii decorari<sup>a)</sup>, quae quidem res audita me non mediocri  
laetitia affecit, ad me igitur Regia Sua Maiestas scripsit, petens ac  
magnopere adhortans, ut honori et foelicitati Suae Regiae Maiestatis non  
deesse, quin pocius praesens adesse, praecipue<sup>b)</sup> autem, ut charissimam

meam coniugem<sup>1)</sup>, Suae Regiae Maiestatis dilectam sororem, ad coronationis tempus mecum adducerem atque una cum ea apparerem, amice rogavit, nec christianum opus, quod in manibus est, perficere gravarer.

Cum ergo Regia Sua Maiestas summopere me hortatur (quamvis in mea ditione mallem manere), ad honorem tamen Suae Regiae Maiestatis non potui hoc iter recusare, atque adeo ea de caussa, quod (citra iactantiam dictum sit) Suae Regiae Maiestati proximo bellico tumultui pro virili in commodum Regni Poloniae huiusque regionis Prussiae adfuerim opitulatusque sim. Quin etiam me erga Suam Regiam Maiestatem in omnibus, quae decent, servitum pollicitus sum, in quo et hucusque commoratus sum. Vicissim quoque Regia Sua Maiestas omnibus modis pro amicicia et vicinitate conservanda quovis tempore Vestrae Sacrae Regiae Maiestati Coronaeque amplissimi Regni Poloniae servitaram promisit. Proinde ego Suae Regiae Maiestatis petitioni re confecta obsequi studens, et ut superiora beneficia eo maiora sint et praesentia perpendantur, non potui in hac quoque re Suae Regiae Maiestati obsequium meum denegare.

Quapropter enixe peto, Sacra Regia Vestra Maiestas et tenuem hanc meam provintiam et populum Prussiae, Vestrae Regiae Maiestatis feudum, commendatos sibi esse velit. Quod ego hoc pacto Sacrae Regiae Maiestati Vestrae ex debita et subdita observantia, tanquam subditus Princeps et vasallus, ignotum esse nolui. Porro si in illis quoque partibus, ut fidelis Regiae Maiestatis Vestrae servitor, Vestrae Regiae Maiestati Regnoque Poloniae inservire potero, nullum mihi pro summis viribus deerit studium<sup>2).</sup>.

Ad haec certo quoque comperi, quod Vestra Regia Maiestas Episcopum Plocensem<sup>3)</sup> etc. ad contrahenda et perficienda<sup>4)</sup> sponsalia inter iuniorem Regiam Maiestatem, Vestrae Regiae Maiestatis filium, Dominum meum clementissimum, necnon Romanorum Regis filiam<sup>5)</sup>, utque ea ad finem certum ducantur, legatos mittere in animo habeat. Huic rei, Regiae Vestrae Maiestati eiusque filio, Dominis meis clementissimis, in commodum Regni Poloniae plurimum foelicitatis, salutis et omnis boni opto. Cumque procul dubio Vestra Regia Maiestas in eodem sponsalium contractu<sup>6)</sup> de omnibus dissensionibus, quae inter Regnum Poloniae et Romanum Imperium intercesserunt, sit tractatura, nec interim quoque mei aut regionis Prussiae, quod ad bannum imperiale et alias caussas attinet, Regiam Vestram Maiestatem immemorem futuram spero<sup>7)</sup>. Volui tamen, ut qui sciebam Vestram Regiam Maiestatem multis gravibus et arduis negotiis occupatam, Sacrae Regiae Maiestati Vestrae haec in memoriam revocare, subdite petens, Vestra Regia Maiestas in istis sponsalibus quoque meminisse velit huius regionis Prussiae, ut et imperiale bannum e medio tollatur et firma pax et concordia confirmetur ac constituatur. Et haec omnia in rem et utilitatem Regiae Vestrae Maiestatis amplissimique Regni Poloniae, ut saepedicta regio Prussiae in pace, concordia et quieto regi-

mine retineri ac conservari queat, Vestraque Regia Maiestas, ut clementissimus Rex, Dominus et pater, una cum universa regione et gente, me et meos sibi commendatos esse velit. Datae e Regio Monte, anno etc.  
**XXXVII.**

*Sub textu:* In simili forma mutatis mutandis scriptum est Episcopo Plocensi et Lucae Comiti de Gorckau et Andreae de Gorckaw.

*In margine in initio scripti:* Regi Poloniae, XXV Iunii.

- |                                    |  |
|------------------------------------|--|
| a) <i>correctum ex:</i> decorati   | f) <i>supra lineam.</i>                  |
| b) <i>in ms. praecipuae</i>        | 1) <i>Dorothea.</i>                      |
| c) <i>in margine.</i>              | 2) <i>Ioannes Chojeński.</i>             |
| d) <i>correctum ex:</i> pertinenda | 3) <i>Elisabeth, filia Ferdinandi I.</i> |
| e) <i>in ms. contractum</i>        |  |

*N. 1440.*

*E Regio Monte, 25.VI.1537.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Premisiensi [Petro Gamrat]  
rogat, ut negotium finium inter Masoviae et Prussiae Ducatus regundo-  
rum inspiciendorumque usque ad redditum suum ex Dania (quo se  
ad coronationem Christiani III regis conferre debet) differre velit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXV, N. 546.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 306.*

*N. 1441.*

*E Regio Monte, 25.VI.1537.*

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Nibschatz  
ad coronationem Christiani III regis Daniae una cum coniuge sua pro-  
fecturus, rogat, ut se et totum Ducatum suum regi commendet.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 280v-281.*

An Nyckel Niptschitzen, den 25 Juny.

Wyr geben dir genediger meynung hiemit zu erkennen, das wir ko.mt.  
zu Polan etc., unserm genedigen und freuntlichen, lieben herren und ohmen

geschrieben mit anzeigen, welcher gestalt erwelte k.w. zu Denmarcken, unser freuntlicher, lieber her ohim, schwoger und bruder, uns sampt unserer freuntlichen, gelipten gemahel<sup>1)</sup> und jungen herschaft auf irer k.w. cronung, welche den nechsten Sontag nach Laurenty gescheen wurdt, gebeten und uffs hochste ermanet, irer k.w. zu ehren und wolfart zu kommen und nicht aussenpleiben und solch christlich vorhabende wergk helfen volenden. Dieweil uns dan sein k.w. also hoch ermammen thun (wiewol wir viel lieber in unsren landen plieben), so haben wir doch seiner k.w. zu ehren und sonderm freuntlichen wolgefallen diese reise nicht wol abzuschlagen gewust und derwegen hochgenanten ko.mt. zu Polann etc. unser armes landt und leuth Preussen als derselben lehen bevolen, ist demnoch unser genedigs synnen und begern an dich, du wollest auch bey hochberurter ko.mt. zu Polan unser und unsers armen landes bestes (wie du dan bissher gethan), gutwillig furdern helfen, nichtsweniger auch, wue unsere verordente stathalter und heymgelassene rethe bey<sup>a)</sup> dir rath suchen wurden, du wollest jnen denselben mitzutheilen und alle gutwillige furderung erzaigen, doneben allen guten herren und freunde (die unser im besten gedencken) unsern genedigen grus und alles guten anzusagen unbeschwert sein. Das seint wir umb dich in gnaden widerumb zu erkennen genaigt. Datum Konigsperg, ut supra.

Commissio Principis ex  
relatione Cristoff von  
Creitzenn, cemmerer.  
Marquart.

a) *sequitur expunctum: dir*

1) *Dorothea.*

N. 1442.

E Regio Monte, 8.VII.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Orwid (Orvidano), tivuno Telszensi,  
negotio inter eum et Ioannem Jauch (Gauch) bona cum gratia nunc iam  
composito, mirari satis se non posse nuntiat, cur alteri subdito suo,  
Bonaventurae, pro damnis arrestatione salis ei provocatis nondum  
satisfactum sit, et postulat, ut pro talibus damnis ei sine ulteriori  
mora satisfaciatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 307.

*N. 1443.*

*E Regio Monte, 10.VII.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
causam Iacobi Grolock (ut scil. extantia debita a debitoribus suis consequi  
possit) commendat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 308.*

*N. 1444.*

*E Regio Monte, 10.VII.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radziwiłł, capitaneo Samogitiae,  
causam Ioannis Feyerabent, civis Regiomontani, nonnulla liquida debita  
in Samogitia habentis, commendat et petit, ut praedicto subdito  
suo opera sua adesse velit, « quo liquida sua extantia debita absque  
ulteriori mora consequi possit ».*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 309.*

*N. 1445.*

*E Regio Monte, 12.VII.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*proconsuli et consulibus Posnaniensibus  
pro summa 4000 aureorum, iuxta desiderium suum marchioni Ioanni  
persoluta, gratias agit; eiusmodi solutionis recognitionem (« quietan-  
tiam ») sibi mitti petit.*

(*Germanice*)

*Cfr. El. XLV, N. 24.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 311v-312.*

N. 1446.

Gedani, 20.VII.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioachimo Natzmer (Natzmar), capitaneo in Kron (Kronau, Kronowo?), robat, ut apud teloneatorem in Kron operam suam interponat, ut — iuxta mandatum regium — facultatem concedat 200 boves consiliariorum suorum: Melchioris a Kreitzen, aulae magistri, Georgii Kunheim, capitanei Tapiensis, Friderici ab Oelsnitz, supremi mariscalci, et Petri Kobersehe, capitanei Neidenburgensis, sine ulla telonei solutione pellendi.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 281v-282.

N. 1447.

Stetiniae, 31.VII.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschatz*

*de discordia inter regem Daniae [Christianum III] et Fridericum comitem palatinum Rheni intercedente se regi Poloniae scripsisse nuntiat et robat, ut negotium hoc ita diligenter apud regem promoveat, quo concordia et amicitia inter hos duos principes instaurari possit; transmittit litteras ad Ottomem Henricum comitem palatinum Rheni scriptas et robat, ut eas vel per eiusdem comitis palatini legatum, si adhuc in aula regia moraretur, vel per mercatores illi pervenire faciat.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 282-282v.

Ann Nickell Niptschitz, den XXXI Julii 37.

Uns zweifelt weniger dan nichts du wirst von dem erwirdigen yhn Gott unserm freundt und bruder, dem herrn bischoff von Cracaw<sup>1)</sup> etc., vorstheen, was wir yn sachen belangend dy irrgen geprechen und zwispeld zwischen ko.w. zu Dennemarg an eynem, und pfaltzgraff Friderichen anders teils, bey ko.mt. zu Polenn, unserm allergnedigsten herrn, zu vorfordern und fortzusetzen geschrieben, welchs wir kurtz halben der zeit an dich nach der lenge zuschreyben jtziger zeit nachlassen mussen.

Ist demnach unser genediges synnen und begeren an dich, du wollest dy sachen alle mit trewen und ernsthem fleiss vorstellen helfen, ob Gott dordurch gnad vorleyen wold, das einmhol frid, rhue, eynigkeyt und freunthschaft zwischen obgedochten heuptern gemacht werden möchte.

Wir uberschicken dir hirneben ein schriften an pfaltzgraff Ot Heinrichenn. Dieselbe wollest gedachts phaltzgraffen boten, wo der nach am koniglichen hoff unabgefertiget, s.l. ferner zu überantworten überreichen. Wo er aber vorritten, so ist unser begeren, du dissen briff bey dir behaltest und denselbigen bey zufelliger bothschaft durch kaufleut, ader andere, s.l. gewisslichen zuschicket und uns zu jder zeit nach gelegenheit den gluckseligen zustand aller ko.mt. zuschreibest. Solchs haben wir dir yhn eyl nit wollen bergen, dan dir mit gnaden gnedigen willen zu erzeigen seindt wir gnedigt<sup>a)</sup>. Datum Stettin, den<sup>a)</sup> letzten July anno etc. 37.

Commissio Principis  
Cancellarius.

a) sequuntur tres numeri expuncti  
z) sic in ms.

1) Ioannes Chojeński.

N. 1448.

Stetiniae, 1.VIII.1537.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo I regi Poloniae  
pro literis regiis in itinere acceptis et pro benevolentia sibi eis significata  
gratias agit; de bona regis valetudine gaudet; in bello contra Valachum  
gerendo victoriam ei precatur; litteras ab Ottone Henrico comite  
palatino Rheni se accepisse nuntiat; causam regis Daniae cum  
Friderico comite palatino Rheni ei intercedentem commendat.*

Cfr. El. XXX, NN. 165, 167.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 311-315.

Scribit officiosas literas. Item de negocio Regem Daniae<sup>b)</sup> et Comitem Palatinum Fridericum spectante.

Serenissime Rex, Domine Clementissime etc.

Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae literas, decima nona die mensis Iulii praesentis huius trigesimi septimi anni in Voinitz datas, ego in itinere profectionis meae, quam in Daniam suscepi, oppido quodam

Pomeraniae Colbergk dicto vigesima septima die dicti iam mensis subdita ac ea, qua decuit, observancia accepi. Ex quibus primum Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae benignum erga me animum ac clemens ad literas meas responsum, et quod eadem me absente sibi terras et subditos meos clementer commendatos habere velit, deinde quod ad susceptam hanc profectionem meam plurimum foelicitatis mihi praecari dignata sit, postremo quod ea res Maiestati Vestrae Regiae auditu fuerit iucunda, nihil dubitans eam profectionem, quae fit honoris caussa Regiae Dignitatis Daniae, Regiae quoque Maiestati Vestrae, Regno et isti meae provintiae aliquid commodi et utilitatis allaturam fore, satis abunde intellexi. Pro quibus omnibus Regiae Maiestati Vestrae subditas et ago et habeo gratias, firmiterque sibi istud de me Maiestas Vestra Regia polliceri debet me, si negocia ac caussae ita sese offerent, nunquam omissurum, quin ea, quae non solum ad terrarum Prussiae, verum etiam Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae amplissimique Regni Poloniae commodum, utilitatem ac dignitatem vel augendam vel amplificandam aliquod momentum obtinere videantur, summis viribus et promoturus sim et facturus id summo studio atque diligentia singulari, firmam spem concipiens Deum Optimum Maximum clementem suam gratiam nobis omnibus largiturum eaque media ac vias adhibitetur esse, quo eius rei gracia aliquid eiusmodi in medium adferatur et haec omnia foeliciter ineant multoque<sup>a)</sup> foelicius exeant.

Ad haec ex Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae literis percepi eandem cum omnibus suis prospера ac firma adhuc valetudine frui, id quod ex animo laetor ac praecor Deum, ut is pro divina hac sua clementia Regiam Vestram Maiestatem cum omnibus suis diu foelicem ac incolumem conservare velit. Deinde intellexi quoque Sacram Regiam Maiestatem Vestram cum exercitibus<sup>b)</sup> suis adversus iniurium atque insolentem Valachum<sup>2)</sup>, hostem suum, tendere atque proficisci. Ego, quamvis antea de illo exercitu contra Valachum aliquid subolfeci, tamen ei rei plenam fidem, priusquam id ipsum ex Sacrae Maiestatis<sup>c)</sup> Vestrae Regiae literis pro certo cognoscerem, adhibere nolui.

Posteaquam vero id ipsum iam ex Maiestatis Vestrae Regiae literis percepi, attulit ea res non mediocrem mihi animi perturbationem ac tristiciam. Precamur ergo Sacrae Regiae Vestrae Maiestati ad haec bellica negocia plurimum sanitatis, felicitatis atque omnis boni incrementum, Deum clementissimum summis praecibus obsecrans, ut is in beneplacito suo Maiestatis Vestrae Regiae initia ad bonum rei exitum dirigere illique foelicem contra hostes suos victoriam clementer concedere dignetur. Id quod assidua mea humili precatione a Deo contendere non desinam atque id ipsum per totam provintiam meam a subditis meis fieri diligenter curabo, non dubitans, immo firmiter sperans Deum Optimum Maximum clementi suo auxilio Regiae Vestrae Maiestati

ad futurum. Quam foelicem victoriam, cuius sum<sup>d)</sup> eroque semper cupidissimus, mihi Regia Vestra Maiestas, pro oportunitate sua, ut significare gracie velit, etiam atque etiam subdite oro.

Porro Sacram Regiam Maiestatem Vestram celare neutquam possum, me in oppido quodam Pomeraniae, Greyffenberg dicto, vigesima octava die Iulii literas ab Illustri Principe, Domino Othono Heynrico Comite Palatino Rheni, Bavariae Duce etc., affini nostro per charo, accepisse. In quibus nobis Illustritas Sua indicavit ea, quae Regia Vestra Maiestas ei apud Illustrem Principem, Dominum Fridericum Comitem Palatinum Rheni, in caussa, Regnum Daniae ac Norvegiae spectante, agenda expediendaque per Reverendum in Christo Patrem, amicum nostrum charissimum, Dominum Ioannem Episcopum Culmensen<sup>z)</sup> etc., commisit. Accepimus ab eodem quoque copiam eius responsi, quod Illustritati Suae praefatus iam Dominus Fridericus Comes Palatinus Rheni dedit, sicut ex inclusa illa copia, quam Maiestati Vestrae Regiae una cum his transmittimus, eadem clarius rem omnem perspicere poterit.

Quoniam vero coronatio in Dania nunc celebrabitur omnesque ordines ac status dicti Regni iam congregabuntur, permultum vereor, si eiusmodi negotia, Regem Daniae ac saepedictum Dominum Fridericum Comitem Palatinum Rheni concernentia, hoc tempore non agitentur discuentesque<sup>y</sup>, ubi Regia ipsius Dignitas pro oportunitate sua consilium cum suis ordinibus, sine quorum praesentia fortassis nihil frugiferum efficiet, capere possit, quod postmodum, finita Dieta, consiliarii Regni in tam brevi temporis intervallo convocari haud facile queant, maxime cum illae caussae tam apud Regiam Dignitatem Daniae, quam apud Dominum Fridericum Comitem Palatinum Rheni queri debeant. Eam itaque ob caussam non potui omittere, quin talia pro debita obedientia Maiestati Vestrae Regiae in memoriam revocarem ac eius rei admonerem, an illa pro alta sua regia prudentia ulterius aliquid in hac causa, ne<sup>e)</sup> dilatio temporis aliquod damnum adferret, agi vellet. Sed id omne Regiae Vestrae Maiestati dijudicandum relinquo. Quam diu foelicem esse ac ad nestoreos usque annos vivere valde cupio. Datae Stetiniae, 1 Augusti anno etc. XXXVII.

*In margine in initio scripti: Regi Poloniae.*

- a) *in ms. multique*
- b) *correctum ex: exercibus*
- c) *in ms. Maiestati*
- d) *verbum correctum.*
- e) *supra lineam.*

- z) *sic in ms.*
- 1) *Christianus III.*
- 2) *Petrus Rareš, pal. Moldaviae.*
- 3) *Ioannes Dantiscus.*

*Stetiniae, 1.VIII.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Chojeński, episcopo Plocensi, nominato Cracoviensi, R.P. cancellario,*

*litteras eius sibi in itinere allatas esse nuntiat; in bello contra Valachum gerendo victoriam regi precatur; litteras ab Ottone Henrico comite palatino Rheni se accepisse significat.*

*Cfr. El. XXXV, N. 536.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 315-318.*

Officiosae literae. Item de negocio Regem Daniae et Comitem Palatinum Rheni Fridericum spectante.

Sincerum et fraternum animi affectum et quidquid grati praestare possumus.

Reverendissime in Christo Pater, Frater et Amice charissime.

Reverendissimae Paternitatis Vestrae literas, Cracoviae decima die Iulii praesentis huius trigesimi septimi anni datas, vigesima septima die dicti iam mensis in Colberg, Pomeraniae civitate, ea qua decuit reverentia accepimus atque perlegimus, fueruntque illae nobis multis nominibus gratissimae, cum quod eleganter docteque erant scriptae, tum quod non exiguam prae se ferebant veteris amoris, benevolenciae atque studii significationem. Pro quibus omnibus Reverendissimae Paternitati Vestrae eas, quas possumus maximas, agimus gratias. Caeterum quod nobis Reverendissima Paternitas Vestra pro gratulatione nostra tantas agit gratias, haud operae precium istud fuisset, praesertim cum nullam aliam ob causam a nobis factum sit, quam quod benevolentiam nostram ac animi propensionem eidem in omnibus probatam vehementer cupimus. Nullus enim honor, nulla dignitas, nulla denique fortunarum accessio<sup>a)</sup> et accumulatio tanta esse nunquam poterit, quam non Reverendissimae Paternitati Vestrae, uti fratri nostro omnium charissimo, ex sincero corde et imo pectore faveamus optemusque. Rogamus itaque, sibi Reverendissima Paternitas Vestra firmiter istud persuasum habeat, nos in iis omnibus, quae modo ad Reverendissimae Paternitatis Vestrae dignitatem vel augendam vel amplificandam aliquod momentum obtinere videantur, nullum unquam studium praetermissuros esse.

Porro intelleximus quoque Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum clementissimum et avunculum pientissimum, contra iniurium atque insolentem suum hostem Wallachum<sup>1)</sup> iam profectum. Nos, quamvis antea de illo exercitu contra Valachum aliquid subolfecimus, tamen ei rei plenam fidem, priusquam id ipsum ex Sacrae Maiestatis Suae Regiae literis pro certo cognosceremus, adhibere noluimus Posteaquam vero id ipsum iam ex Maiestatis Suae Regiae literis percepimus, attulit ea res non mediocrem nobis animi perturbationem. Regiae itaque<sup>b)</sup> ipsius Maiestati plurimum foelicitatis ad hoc optamus, et ut secundissime eidem omnia succedant et Martis alea feliciter cadat, Deum Optimum Maximum etiam precamur, amice ac fraterne petentes, Reverendissima Paternitas Vestra dignetur nos interdum, cum de Regiae ipsius Maiestatis foelici bellorum eventu ac rerum suarum statu, tum de aliis rebus novis, si quas habuerit, haud gravatim cerciores reddere, quemadmodum Reverendissimam Paternitatem Vestram facturam non dubitamus. Id nos erga Reverendissimam Paternitatem Vestram summo studio atque diligentia promererri studebimus.

Postremo Reverendissimam Paternitatem Vestram ignorare nolumus, nos in itinere nunc in<sup>c)</sup> oppido quodam Greyffenberg appellato literas ab Illustri Principe, Domino Ottone Heynrico Comite Palatino Rheni, Bavariae Duce etc., accepisse, in quibus Illustritas Sua nobis inter alia indicat ea, quae ad instanciam Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae in caussa Regnum Daniae spectante apud Dominum Fridericum Comitem Palatinum Rheni etc. egit atque expedivit. Quam quidem rem (prout Reverendissima Paternitas Vestra clarius ex inclusa copia percipiet) ideo nos ad Sacram ipsius Maiestatem Regiam perscripsimus, ut talia negocia Regiae ipsius Maiestati in memoriam revocaremus et<sup>d)</sup> eius rei admoneremus, an illa pro alta sua regia prudentia ulterius aliquid in hac causa, ne dilatio temporis aliquod damnum adferret, agi vellet. In quo non dubitamus Reverendissimam quoque Vestram Paternitatem ad conservandam publicam tranquillitatem atque pacem summam diligentiam adhibitaram esse. Haec omnia Reverendissimae Paternitati Vestrae, quam Deo clementissimo commendamus, significanda duximus. Datae Stetiniae, 1 Augusti. Anno etc. XXXVII.

*In margine in initio scripti:* Episcopo Plocensi, 1 Augusti.

a) *in margine, loco verbi expuncti:* occasio d) *in ms. ut*

b) *supra lineam.*

1) *Petrus Rareš, palatinus Moldaviae.*

c) *in ms. ac*

N. 1450

E Regio Monte, 5.VIII.1537.

*Consiliarii Alberti in Prussia ducis  
duci Slucensi [Georgio Olelkowicz]*

*litteras eius, 21.VII.1537 ad ducem Albertum datas, se accepisse et, duce  
absente, perlegisse nuntiant, non posse tamen sine principis iussu  
consentire, ut 11 petiae cereae sine ullo teloneo ultro citroque per  
Ducatum Prussiae dimittantur; promittunt litteras eius et totam  
causam duci Alberto, post eius ex Dania redditum, diligenter referre.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 309-311.*

N. 1451.

Hafniae, 22.VIII.1537.

*Albertus dux in Prussia  
Henrico VIII regi Angliae  
una cum Christiano III rege Daniae commendat nobilem Wolfgangum  
a Nothaft, equitem auratum, praesentium exhibetorem, et rogat, ut  
eum in numerum aulicorum suorum accipere velit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 318-319.*

N. 1452.

Hafniae, 26.VIII.1537.

*Albertus dux in Prussia  
Petro Vergerio, « regis Angliae secretario », (\*)  
Wolfgangum a Nothaft, equitem auratum, commendat ei rogat, ut ei in  
omnibus, quae illi proponet, fidem dare velit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 319-320.*

(\*) Petrum Paulum Vergerium, episcopum Iustinopolitanum, postea  
in rebus religionis reformatorem, non constat unquam regis Angliae  
[Henrici VIII] secretarium fuisse vel in Anglia commoratum esse.

Gedani, 20.IX.1537.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Ioanni Chojeński].  
pro litteris et regis cohortatione suo nomine facta gratias agit; eum in  
causa sua apud Romanorum regem omnem lapidem moturum esse  
sperat; regi ex Leopoli brevi castra moturo victoriam de hostibus  
[Valachis] et bonam valetudinem precatur.*

*Cfr. El. XXXV, N. 538.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 320-322.*

Scribit officiosas literas.

Obsequia nostra amica etc.

Accepimus Reverendissimae Paternitatis Vestrae literas, quae nobis permagnam attulerunt voluptatem. Nam quemadmodum antea semper, ita nunc quoque Reverendissimae Paternitatis Vestrae propensum erga nos studium satis abunde ex his perspeximus. Agimus itaque pro eo et et quod eadem Reverendissima Paternitatis Vestra Sacram Maiestatem Regiam per literas diligenter nostra caussa cohortari dignata est, maximas gratias. Daturi operam, ut quod verbis promittimus, re ipsa tandem praestare queamus. Nec aliter sibi de nobis Reverendissima Paternitas Vestra persuaderi debet, quam nos eandem, uti fratrem nostrum germanum eundemque charissimum, nullo non tempore dilecturos ac in numero amicorum nostrorum sancte ac inviolabiliter conservatueros. Nos viciissim hanc spem ac fiduciam in Reverendissimam Paternitatem Vestrarum firmiter collocamus, non dubitantes illam apud Serenissimum Romanorum Regem<sup>11</sup> nostri (prout antea quoque a nobis petitum est et nunc quoque enixe petimus) memorem futuram ac in caussa nostra omnem moturam lapidem. Porro cum Sacra Regia Maiestas Poloniae, Dominus noster clementissimus et avunculus pientissimus, gravem iam profectionem contra hostes suos immanissimos cum gravi et non modico bellorum apparatu susceperit ac brevi ex Leopoli castra motura sit laciis grassatura, praecamur eidem foelicissimum rerum omnium bellorumque exitum, nec assiduis praecationibus nostris Deum orare desinemus, quo Maiestati Suae Regiae firmam ac sanam valetudinem cum successione diuturnae ac longissimae vitae concedere clementer dignetur. Id faxit Deus Optimus Maximus, in cuius manu ac potestate

tanquam ex filo pendemus omnes. Et cum raro, propter longinquitatem et intervallum loci, res a Maiestate Sua Regia gestae ad nos deferri queant, rogamus Reverendissimam Paternitatem Vestram, tamquam fratrem ac amicum omnium charissimum, ut illa novitates, si quas interdum habuerit, praesertim de Regia Maiestate ac bellorum, utiliam foelici, eventu (nam communi mercatorum fama ad nos delatum<sup>a)</sup> est, Sacrae ipsius Maiestati Regiae res non usque adeo ex omni animi sententia, prout nos ipsi vellemus, ex animo succedere, quibus tamen fortassis ficticiis nugis eam ob causam, quod eius rei nullam prorsus in literis suis Reverendissima Paternitas Vestra mentionem fecerit, fidem adhibere nolimus, eamque ob caussam proprium hunc nostrum tabellarium ad Reverendissimam Paternitatem Vestram allegavimus) communicare nobis ac nos omnibus tam Regiis quam Reginalibus Maiestatis commendare diligenter non gravetur. Id nos etc. Datae e Gedano,  
XX Septembris. Anno 1531.

*In initio epistolae in margine:* Episcopo Cracoviensi.

a) *in ms.* delata.

z) *sic in ms.*

1) *Ferdinandus I.*

*N. 1454.*

*Gedani, 20.IX.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Lucae a Górk $\acute{a}$ , palatino Posnaniensi,  
de sua in reditu ex Dania, ubi coronationi Christiani III regis una cum  
coniuge interfuit, Gedani facta statione eum certiorem reddit et,  
hac oblata occasione, salutem eius litteris invisere cupit; succes-  
sum ei precatur, ut opera eius ac studio matrimonium regis Poloniae  
iunioris cum filia regis Ferdinandi [Elisabeth] ad optatum finem  
deducatur.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XXXV, N. 541.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 282v-283.*

*N. 1455.*

*Gedani, 21.IX.1537.*

*Albertus dux in Prussia  
Hedvigi marchionissae Brandenburgensi  
de suo ex regis Daniae [Christiani III] coronatione una cum uxore sua  
et filia reditu nuntiat; accepto nuntio eam brevi puerperam futuram  
esse magnopere gaudet felicemque partum ei precatur.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 322-323.*

*N. 1456.*

*Gedani, 23.IX.1537.*

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo I regi Poloniae  
de sua in Dania ad coronationem Christiani III commoratione et felici  
inde in Ducatum suum reditu nuntiat.*

*Cfr. El. XXX, N. 168.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 323-327.*

Scribit se salvum ac incolumem ex Dania in Prussiam rediisse. Item  
cupit de rerum suarum statu cercior fieri.

Serenissime Rex.

Cum non dubitem Sacrae Regiae Maiestati Vestrae iam dudum  
innotuisse eandemque vel ex meis propriis scriptis percepisse, me una  
cum Illustri Principe, Domina consorte mea<sup>1)</sup>, Domino adfini charis-  
simaque filia<sup>2)</sup> ad Serenissimi Danorum Regis<sup>3)</sup> coronationem ante aliquot  
menses profectum in Daniam, celare Regiam Maiestatem Vestram  
neutiquam possum me Regiam ipsius<sup>4)</sup> Dignitatem sanam, salvam atque  
firmam in summa totius Regni tranquillitate invenisse. Pro quo Deo  
sit laus et gloria in aeternum.

Nec silentio hic praeterire possum, quam honorificam ac multam  
Regiae Maiestatis Vestrae mencionem Regia ipsius Dignitas fecerit  
animumque haud ingratum acceptorum beneficiorum, cum a Regia Maie-  
state Vestra, tum ab amplissimo Regno Poloniae terrisque Prussiae  
collatorum, ostenderit. Nam adeo gratam ac benevolam sese Regia ipsius

Dignitas erga me vel Regiae Maiestatis Vestrae gracia exhibuit, ut etiam pollicita sit promptum suum studium ac officium in omnibus, quae ad Regiae Maiestatis Vestrae honorem et dignitatem vel augendam<sup>b</sup> vel amplificandam momentum aliquod<sup>b</sup> obtinere videantur, et hanc solam potissimum ob caussam ego me ad Regiam ipsius Dignitatem contuli, ut et Maiestati Vestrae Regiae arctiorem aliquam necessitudinem<sup>c</sup> atque familiaritatem cum Regia ipsius Dignitate conciliarem et ea efficerem, quae essent ex commodo atque utilitate cum tocius Regni Poloniae, tum omnium terrarum Prussiae.

Sacram autem Maiestatem Vestram Regiam certiore facio, me una cum Domina consorte mea, Domino adfini ac filia omnibusque aulicis meis ex Dania salvum ac incolumem divina favente clementia huc pervenisse, terrasque has regias ac Ducatum meum<sup>d</sup> in eo adhuc statu, in quo eas reliqui, nimirum tranquillo, ex Dei benignitate reperisse. Pro quo Deo clementissimo merito immortales gratias ago et Sacrae Maiestati Vestrae Regiae non minores, quae eas interim terras sibi tamquam proprias commendatas<sup>e</sup> habuit, prout eadem istud ita facturam sese mihi propriis suis regiis literis promiserat, de quo etiam nihil quicquam dubitavi, praesertim cum satis pro certo compertum habeam, res meas omnes Sacrae Maiestati Vestrae Regiae non minori curae esse, quam si essent propriae. Dabo itaque operam ego semper quam maximam, ut me talem vicissim praebeam, qualem decet subditum, phasallum ac sanguine coniunctum Principem.

Iam vero posteaquam hanc urbem ingressus sum, non praetermittendum mihi existimavi, quin ego tanquam phasallus et Maiestatis Vestrae Regiae nepos charissimus pro debito meo officio Regiae Maiestatis Vestrae valetudinem, rerum omnium prosperum successum, in primis autem bellorum suorum contra hostes foelicem victoriam, studiose perquirerem, prout Deum Optimum Maximum, ut istec omnia pro divina sua clementia Maiestati Vestrae Regiae gracie concedat, assiduis meis precibus oro atque obsecro. Cum autem neque per literas, neque alias significationes haec omnia pro certo expiscari potuerim et tamen communis quaedam fama, praesertim autem a mercatoribus cum hic tum alibi divulgata sit, Maiestati Vestrae Regiae res non usque adeo ex omni animi sententia succedere, eiusque voluntati quaedam reluctari, ac infoelicius cedere. Perturbavit ea res sane me uti Principem phasallum ac sanguine coniunctum (tametsi firmiter sperem rem non tam arduam esse, sicuti vulgo narratur) tantopere, ut ex eo etiam magnum ceperim dolorem. Proinde, quo de Regiae Maiestatis Vestrae rerum omnium, utinam foelici, statu ac successu certus tandem esse ac de eo gaudere congratularique queam, omittere nec potui nec volui, quin pro debita obedientia hasce meas ad Sacram Maiestatem Vestram Regiam literas darem.

Regiam idcirco Vestram Maiestatem subdite oro, eadem dignetur

pro regia sua clementia has meas literas benigno animo suscipere, neque aliter sibi persuaderi sinat, quam me in bonum ac commodum Regiae Maiestatis Vestrae, cuius sum ac ero semper cupidissimus studiosissimusque, istud fecisse, nec gravetur me, suum obedientem servitorem, cum presenti hoc nuncio meo clementi aliquo responso dignari ac una, quantum liceat et valeat, significare mihi, quo in statu sint Maiestatis Vestrae Regiae res omnes, ut et falsam ex varia vulgi fama conceptam opinionem ex animo eiicere, meque omni sollicitudine liberare et Maiestatis Vestrae Regiae propositum ac foelicissimum successum certo scire queam...

Datae in Gedano, XXIII Septembris. Anno 1537.

*In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, XXIII Septembris.*

c-d) *in margine pro verbis in textu expunctis:*

b) *verbum correctum.*

c-d) *in margine pro verbis in textu expunctis:*

Sacram autem Maiestatem Vestram Regiam cerciore facio, me una cum Domina consorte mea, Domino adfini ac filia omnibusque aulicis meis ex Dania atque favente clementia familiaritatem

cum Regia ipsius Dignitate conciliarem

et ea efficerem, quae essent ex commodo atque utilitateque cum tocius Regni Poloniae, tum omnium terrarum Prussiae, pervenisse, terrasque has regias ac Ducatum meum.

e) *in ms. commodatas*

1) *Dorothea.*

2) *Anna Sophia.*

3) *Christianus III.*

N. 1457.

*Gedani, 24.IX.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Chojeński, episcopo Cracoviensi, R.P. cancellario,  
cognito rumore de futura regis contra Valachum (potius Moldavum) bellicae expeditione, rogat, ut se de vero rerum statu certiore reddere velit.*

*Cfr. El. XXXV, N. 540.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 327-328.*

Cupit de Regiae Maiestatis Poloniae rerum statu cercior fieri.

Obsequia etc.

Cum iam tabellarium hunc nostrum dimittere a nobis in animo haberemus, sparsus erat maior rumor per totam civitatem Gedanensem, et quidem varius, de Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae etc. exercitu contra insolentem suum hostem Walachum<sup>1)</sup>, ita ut eam solam ob causam

ad praedictam Sacram Regiam Maiestatem suam scribere coacti fuerimus, sicuti ex inclusa copia, quam una cum his Reverendissimae Paternitati Vestrae transmittimus, clarus intelliget. Proinde amice ac fraterne rogamus Reverendissimam Paternitatem Vestram, eadem dignetur nos per praesentem hunc nostrum puerum de Regiae Maiestatis Poloniae rerum, utinam foelici, statu cerciores facere, quo de iis omnibus certus tandem esse queam. Faciet in eo nobis Reverendissima Paternitas Vestra rem sane pergratam, non omissuri, quin par pari referamus, Reverendissimam Paternitatem Vestram diu foelicem esse cupimus. Datae in Gedano, XXIIII Septembbris. Anno etc. XXXVII.

*In initio epistolae in margine:* Episcopo Cracoviensi, XXIIII Septembbris.

1) Petrus Rareš, palatinus Moldaviae.

N. 1458.

Pasłek (Hollandt), 30.IX.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschatz*

*aliquot epistolas suas antea per puerum suum ei missas et non allatas, una cum nonnullis articulis sibi missis, iterum transmittit; nomine coniugis suae duas tunicas intimas (« zwei brusthembder ») reginulae Isabellae mittit; aliquot folia aurea scintillantia (« etliche flinderle ») ad uxorius suae usum emi et transmitti iubet; mittit aliqua nova ex Inferiori Germania per Vitum Gattenhofen sibi allata; de processu Comitiorum Graudentii celebratorum et de aliis novis certior fieri cupit.*

*Cfr. El. XLVII, N. 237.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 283-284.*

Ann Nickell Nipschitz.

Unsern grus und genedigen willen zuvorn.

Edler und erenvhester, lieber getreuer.

Nachdem wir vormals unsern knaben mit etzlichen briefen an dich gefertigt, der uns aber dieselbigen widerumb zugebracht, so haben wir nicht underlassen wollen, dir solche nachmals sampt den artickeln uns von dir zugestelt, zuzesenden. Daneben thut unser freuntliche, liebe gemahel<sup>1)</sup> dir hiemit auch zwei brusthemder, der konigin Isabella etc. gehörig, zuschicken. Und wiewol ir lieb irer ko.mt. daneben nichts geschrieben, allein das ir lieb ir ko.mt. yhn beyligendem brieve, den du

ir ko.mt. überantworten woltest, mit dancksagung und freuntlichem erbieten ersuchen thust, so ist doch ir lieb des vertrawens, das du es bey ir ko.mt. mit der zufertigung oder überantwortung derselben brusthembder und sonst alle ding mit wunschung vil gelugkseliger und gnadenreicher zeit anmeldung unser beider freuntwilligen diensten, grus und dienstlicher erbietungen mit dem vleissigisten ausszurichten am besten wissen wirdest. So schicket dir auch unsere liebe gemahel hiebey etliche flinderle, welcher gattung ir libe gern zehn loth haben wolte, sampt zwelf gulden, mit genedigem begeren, du woltest yr lieb zugut vor solch gelt, von den grosten flinderlen VI loth, und der cleynen IIII loth bestellen, kaufen und mit dem ersten irer lieb zupringen lassen.

Und wollen dir hierneben zur newer zeitung genediger meynung nicht bergen, das unser diener Veit Gattenhofen heut dato bey uns alhie zu Hollandt auss dem Niderlandt anckommen vormeldende, das daselbest III oder IIII tausent knechte beyeinander versammelt, aber noch niemandts herre daruber genant sein wolle. So soll auch Jorg Schenick bey XI tausent reuter und knechte beyeinander haben, doch nach zurzeit unwissendt, warzu<sup>a)</sup> ehr dieselben zu gebrauchen bedacht. Letztlich, das auch sampt ein geschrey und vorhaben, wie man meynit uff Holstein und der orth etc., vorhanden sein soll etc. Wes aber an dem allem whar gescheen soll oder nicht, wirdt die zeit zu erkennen geben. Solchs haben wir dir genediger meynung nicht verhalten wollen mit genedigem begeren, du woltest uns widerumb, wes sich auf dem tag zu Graudenitz zutreget, und fur neue zeitung furfallen und verhanden, unvermelt nicht lassen. Das seindt wir in genaden zu erkennen geneigt.

Datum Hollanndt, Sontags nach Michaelis, ut supra.

Commissio Principis  
ex relacione Cancellarii.  
Georgius Hack.

a) sequitur expunctum: ehr

1) Dorothea

N. 1459.

*Pastęk (Holland), 1.X.1537.*

*Dorothea dux in Prussia*

*Isabellae reginulae, filiae regis Poloniae,*

*pro benevolentia sibi exhibita et duobus brachialiis, « munere sane egregio » sibi misso, gratias agit et obsequia defert.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 328-329.*

N. 1460.

Neidenburgi, 18.X.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschatz*

*litteras eius se accepisse nuntiat et gaudet eum in negotiis fratris sui  
[marchionis Georgii] a rege Pragam missum iri; rogat, ut de rebus,  
episcopos Cracoviensem et Posnaniensem, Neapolim et alia negotia  
attinentibus, sibi in scriptis communicet.*

*Cfr. El. XLVII, N. 238.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 284-284v.*

An Nickell von Nipschitz, den XVIII Octobris.

Wir haben dein schreyben, datum yn der haiden bey Peterkaw den Dinstag nach Francisci, heut dato entpfangen und seindt hochlich erfrewet, das dich ko.mt. zu Polen etc. in unsers freuntlichen, lieben bruders sachen nach Praga vorschickt, darzu wir dir von Gott, dem almechtigen, gluck, wolfart und gluckselige aussrichtung wunschen. Und seind gantz unzweifelicher hoffnung, unser her bruder werd sich kegen dir also erzeigen und halten, darab du s.l. genad und geburliche belonung zu spuren. Was aber den eingeschlossenen zedel anlagt, das du etzliche sachen, belangend unsern freundt, den bischoff von Crakaw<sup>1)</sup>, den von Posenn<sup>2)</sup>, Neapolis und anders mit uns zu reden vorgessen etc., begeren wir an dein person gantz genediglich, wollest uns solche hendel ins erste schriflich, jdoch wol vorwart zuschicken, das sie an uns gewisslich gelangen mogen. Das gereicht uns zu sundern gnaden ihn gnaden widerumb zu erkennen. Datum Neidenburgk, ut supra.

Commissio Principis

propria.

Cancellarius.

1) *Ioannes Chojeński.*

2) *Ioannes e ducibus Lithuaniae.*

N. 1461.

Neidenburgi, 22.X.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Henrico VIII regi Angliae*

*duodecim falcones sive accipitres «in firmius quoddam amoris ac amicitiae vinculum » dono mittit.*

(*Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Regi Franciae [Francisco I], Regi Arrogoniae, Duci Suffolchiae [Carolo Brandon], Duci de Narssgot [Arschot]).*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 329-330.*

*N. 1462.*

*Neidenburgi, 22.X.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gulielmo Pageto, regis Angliae consiliario,  
satis se mirari non posse scribit, quod adeo raro scripta sua acceperit;  
relatum sibi esse nuntiat eum in magna auctoritate, existimatione  
ac gratia apud regem Angliae haberi et hanc ob rem ei plurimum  
gratular; se eidem regi Angliae commendari petit; duos canes Angli-  
cos, masculum et femellam, sibi mitti exposcit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 331-332.*

*N. 1463.*

*Ioannisburgi, 22.XI.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*rogat, ut certum diem limitibus inter Magnum Ducatum Lithuaniae  
et Ducatum Prussiae inspiciendis terminandisque praescribere velit.*

*Cfr. El. XXX, N. 169.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 332-333.*

Rogat, ut certum diem terminandorum limitum praescribere velit.

Serenissime Rex etc.

Non dubito Sacram Regiam Vestram Maiestatem in recenti adhuc memoria habere, me saepius ad eandem inspiciendorum terminandorumque limitum caussa inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum meum

Prussiae scripsisse humiliterque ab ea pecuisse, quo certum aliquem diem ad componendum illud totum negocium designare non dedignetur. Quod cum in hunc usque diem propter ardua illa negotia, quibus Sacra Regia Vestra Maiestas hactenus occupata semper fuit atque impedita, praetermissum sit, rogo Sacram Regiam Maiestatem Vestram humillimis pre-cibus, ut eadem magna illa utriusque subditorum damna et incommoda considerare ac ad instantem hanc hyemen, quam satis duram ac gravem fore arbitror, prout a Deo opto, certum diem praescribere clementer velit. Sicuti non dubito Regiam Maiestatem Vestram in hac caussa benignam ac facilem, praesertim cum summa necessitas istud ipsum postulet, sese exhibitaram. Ego omnibus viribus laborabo, ut Regiae Vestrae Maiestati maiori studio atque diligentia inservire vicissim queam... Datae Iohansburg ut supra.

*In initio epistolae in margine:* Regi Poloniae, 22 Novembris.

*N. 1464.*

*Ioannisburgi, 22.XI.1537.*

*Dorothea dux in Prussia  
Stanislao Odrowąż, palatino Podoliae,  
eum uxoremque eius [Annam ducem Masoviae] diligenter salutat et petit,  
ut sibi bonum aliquem equum gradarium transmittat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 333-334.*

*N. 1465.*

*Ioannisburgi, 25.XI.1537.*

*Dorothea dux in Prussia  
Isabellae reginulae, filiae regis Poloniae,  
pro litteris manu propria subscriptis et benevolentia plenis gratias agit;  
prosperam ac diuturnam valetudinem et omnia fausta ac felicia ei  
precatur; regiis parentibus se commendari expetit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 334-335.*

Ioannisburgi, 25.XI.1537.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi, R.P. cancellario [Ioanni Chojeński]  
mittit notitias de filio Francisci Russocki Bernardo, in aula regis Daniae  
nunc agente; commendat causam finium inter Magnum Ducatum  
Lithuaniae et Ducatum suum Prussiae regundorum; novum quendam  
cantum, « a docto musices magistro compositum », dono mittit.*

*Cfr. El. XXXV, NN. 539, 550.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 336-338.*

Scribit de Domini Russotzky filio Bernhardo. Item commendat ne-  
gocium inspiciendorum finium. Item mittit novum aliquem cantum.  
Obsequia nostra amica et quidquid grati praestare possumus.  
Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis charissime.

Allatae sunt nobis Reverendae Paternitatis Vestrae literae, in quibus  
nobis eadem de Domini Russotzky<sup>1)</sup> filio, quem nobis in fidem et clientelam  
nostram idem dedit, scripsit. Et cum Reverenda Paternitas Vestra, ubinam  
locorum dicti Russotzky filius Bernhardus nunc sit, certior a nobis  
fieri cupiat, nolumus eandem celare, eum in Regiae Dignitatis Daniae<sup>2)</sup>  
aula nunc vitam traducere atque satellitis regii officio fungi, qui in id a  
Regia ipsius Dignitate in servicium receptus est, ut tanquam satelles  
una cum reliquis nobilibus regium suum corpus custodiat tueaturque.  
Eratque in animo nobis illum in aulam nostram iterum recipere, si  
Regia Dignitas Daniae eum dimittere voluisse. Itaque non est, ut parentes  
eius eam ob causam tantopere sese crucient, quem in hunc usque diem  
superstitem adhuc esse firmiter speramus atque credimus, Haec de  
Bernardo Russotzky.

Ceterum Reverendam Paternitatem Vestram optime in memoria adhuc  
habere arbitramur, nos saepius nunc ad Sacram Regiam Maiestatem  
Poloniae, Dominum et avunculum nostrum clementissimum, regundorum  
inspiciendorumque finium caussa inter Magnum Ducatum Lithuaniae et  
Ducatum nostrum Prussiae scripsisse atque ab ea humilliter peciisse, quo  
eadem tandem certum aliquem diem ad finiendum hoc negocium designare  
clementer vellet. Verum cum id ipsum ob ardua fortassis negotia, quibus  
Regia ipsius Maiestas hactenus obruta sedulo fuit, suspensum sit, coacti  
sumus iam iterum eam ob caussam ad Regiam<sup>3)</sup> ipsius Maiestatem<sup>4)</sup>

scribere atque hoc negocium eidem in memoriam revocare. Rogamus itaque Reverendam Paternitatem Vestram, uti amicum ac fratrem nostrum charissimum, dignetur sibi hanc caussam nostro nomine commendatam habere tantumque apud Regiam ipsius Maiestatem efficere, quo dicti fines hac hyeme, quam Deo volente satis duram ac gravem fore arbitramur, terminari, inspici atque finiri queant. Qua in re, ut Reverenda Paternitas Vestra haud difficultem sese praebere velit, etiam atque etiam amice ac fraterne petimus.

Postremo cum satis nobis constet, Reverendam Paternitatem Vestram amatorem esse musices atque in eo plurimum delectari, et ut illa tandem habeat, quo se post innumera negotia ac ingentes sollicitudines oblectet, non potuimus praetermittere, quin eidem novum aliquem cantum, a docto musices magistro compositum, ex singulari nostro erga Reverendam Paternitatem Vestram amore transmitteremus. Et cum hic cantus multum ad hoc sanctum festum, quod nunc instat, quadret, praecamur, ut Reverenda Paternitas Vestra eum ipsum cum suis cantoribus probare nostrique in eo meminisse non dedignetur.

... Datae Johansburgk, XXV Novembris. Anno etc. 37.

*In initio epistolae, in margine: Episcopo Cracoviensi etc. XXV Novembris.*

- a) *correctum ex Reverendam*  
b) *correctum ex Dignitatem*

- 1) *Franciscus Russocki.*  
2) *Christianus III.*

*N. 1467*

*Ioannisburgi, 25.XI.1537.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Plocensi [Petro Gamrat]  
ex Dania feliciter reversus, rogat, ut ad componendum negotium regundorum inspiciendorumque limitum certam diem constituere velit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXV, NN. 546, 547.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 338.*

N. 1468.

Ioannisburgi, 25.XI.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Iosto Ludovico Decio*

*maiorem quantitatem lignorum ad aedificandum aptorum (alias lignorum undulatorum, fladern) per aquam sibi suppeditari expedit.*  
*(Schedula: rogat, ut in hanc solitudinem, ubi ob saevientem pestem refugium invenerunt, aliquam boni vini quantitatem (muscateLL oder malmasier), non Graeci tamen, sibi mittere velit.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLVII, N. 254.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, f. 284v.*

N. 1469.

Ioannisburgi, 25.XI.1537.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschtitz*

*rogat, ut causam finium inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum suum Prussiae proxime futura hieme (quam rigidam fore sperat) tandem inspiciendorum et regundorum apud regem promoveat.*

*Cfr. El. XLVII, N. 252.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, f.285.*

An Nickelen Nipschitzen, den XXV Novembbris.

Unsern grus und gnedigen willen zuvorn.

Erbar und erentvhester, lieber, getrewer.

Wir fuegen dir hiemit genediger meynung wiessendt, das wir ko.mt. zu Polan etc., unserm gnedigsten herrn und freuntlichen, lieben ohmen, durch unsere schriften freutlichen und betlichen ersucht, ir ko.mt. wolle ire commissarien zu den litawischen grenitzen auf diesen zukunftigen winter (welcher unsers verhoffens hart genugk fallen wirt), damit die irrungen und gebrechen entschiden und beygelegt werden mochten, gnediglichen und freuntlichen zu ordnen, unbeschwerdt sein. Ist derwegen an dich unser genedigs begeren, du wollest dich nicht bevielen lassen,

bey hochgedachter ko.mt. dermassen anzuhalten und moglichen vleiss furzuwenden, auf das wir von ko.mt. widerumb auf das furderlichste gnedige antwort erlangen, nichtweniger die commissarien zu obgemelten grenitzen geordent werden mochten. Das gereicht uns von dir zu sonderm dancknemenden wolgefalen ihn gnaden widerumb zu erkennen.  
Datum Johannissburgk, ut supra.

Commissio Principis ex  
relatione Cancellarii.

Pluzinsky.

N. 1470.

Ioannisburgi, 26.XI.1537.

*Albertus dux in Prussia  
Henrico Storch, civi Posnaniensi,  
de vendendis clenodiis a defuncto Iacobo Korb relictis et obtenta pro  
eis pecunia pauperibus eius orphanis assignanda.*

(Germanice)

Cfr. El. XLV, NN. 21, 22, 23, 25, 26; 28, 30.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 285-285v.

N. 1471.

Poppen (Spychowo), 29.XI.1537.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Plocensi [Petro Gamrat]  
sperat eum litteras suas, paucos ante dies Ioannisburgo de regundis  
finibus datas, accepisse et hoc negotium iterum commendat; pro  
perdicibus sibi missis gratias agit; aliquot pedes seu ungues ur-  
sorum, quos hesterno die venatus est, vicissim dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 546.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 339-340.

*Poppen (Spychowo), 1.XII.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Alexandro Chodkiewicz, marscalco regio, capitaneo Brestensi  
equum Alemanicum dono mittit; pro subdito quodam suo intercedit et  
rogat, ut soror eius, una cum alia quadam puella, proxime praeterito  
bello, adhuc parvula, in Prussiam abducta, secundum inita utrinque  
pacta ei restituatur.*

*Cjr. El. XXXV, N. 543.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 340-342.*

Mittit equum Almanicum dono. Item petit Illustritatis Suae subdito  
cuidam sororem suam restitui.

Salutem etc.

*Equum Alemanicum dono mittit (omittitur)*

Quod autem nos servitorem suum tandiu detinuimus, petimus, ut illa  
propter supra recitatas caussas servitorem suum excusatum habere  
velit. Caeterum Magnificentiam Vestram celare neutiquam possumus,  
nobis subditum quendam nostrum humilliter indicasse, sororem suam  
germanam una cum alia quadam vicini sui puella in proxime praeterito  
bello adhuc parvulam esse abductam, eandemque nunc sub Magnificentiae  
Vestrae ditione vitam agere, quemadmodum id ipsum quoque Magni-  
ficentiae Vestrae servitori indicavit, quam repetere iterum in animo  
habet, rogavitque nos suppliciter, dignaremur suo nomine apud Magni-  
ficentiam Vestram intercedere eandemque admonere, quo iuxta tenorem  
perpetuae pacis inter amplissimum Regnum Poloniae et Ducatum no-  
strum Prussiae constituta, neconon contractuum inter Magnum Ducatum  
Lithuaniae et terram Prussiae initorum, ei soror sua germana sine ul-  
teriori mora<sup>a)</sup> restitui possit. Quod cum subdito nostro denegare neutiquam  
potuerimus, rogamus Magnificentiam Vestram, ut illa in hac caussa, uti  
iusta et condigna, haud difficilem sese praebere velit. Dabimus nos  
operam, ut alia quoque in re longe maiori Magnificentiae Vestrae accom-  
modare queamus. Quam una cum filio suo percharo (cui Magnificentia  
Vesta nostro nomine pluriman salutem annunciare velit) in Christo Ihesu  
foeliciter vivere atque valere optamus. Datae Poppen, 1 Decembris.  
Anno etc. XXXVII.

*In initio epistolae in margine: Alexandro Cotzikowitz, I Decembris.*

a) in ms. morae

*Poppen (Spychowo), 1.XII.1537.*

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo I regi Poloniae  
pro Nicolao Russocki, castellano Biechoviensi, homicidii accusato, intercedit, ut eum rex in gratiam recipiat.*

*Cfr. El. XXXV, N. 545.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 342-345.*

Pro Ioanne<sup>2)</sup> Russotzite, Castellano Byechoviensi.

Serenissime Rex etc.

Suplicavit mihi et quidem humillimis praecibus Magnificus ac Generosus, sincere mihi dilectus Dominus Nicolaus de Russotzite, Castellanus Byechoviensis, Przedetzensis Capitanus etc., dignarer suo nomine apud Sacram Regiam Maiestatem Vestram intercedere eandemque exorare<sup>a)</sup>, quo caussam ac innocentiam suam clementer exaudire velit. Ego, quamvis diu apud me deliberaverim ac invitus hanc provintiam susceperim, tamen considerans et hominis necessitatem, qui se tanto cum periculo ad Regni Comitia nunc citatum indicet, ut etiam ei aliquid gravius exinde sit metuendum, et maxima illius merita atque servicia, quae non solum Sacrae Regiae Maiestati Vestrae, verum etiam praedecessoribus suis propriis expensis ultro praestitit, non potui non facere, quin homini tanta vehementia accusato morem gererem ac vicem meam apud Sacram Regiam Maiestatem Vestram interponerem, praesertim cum aequum sit<sup>b)</sup> ac iustum opitulari miseris eisque rebus in adversis et parum secundis operi, auxilium consiliumque adferre. Rogo itaque Sacram Regiam Maiestatem Vestram, uti Dominum et avunculum meum clementissimum, dignetur, hac in<sup>c)</sup> parte me excusatum habere et caussam ipsam, prout eam mihi declaravit, benignis ac graciiosis regiis auribus percipere.

Non arbitror Sacram Regiam Maiestatem Vestram ignorare, supradictum Dominum Nicolaum de Russotzite etc. a Sacra Regia Maiestate Vestra ante dimidium annum ad conventionem quandam haud procul a Posnania ablegatum. Qui cum eo (Regiae Maiestatis Vestrae manda ac commissa studiose exequi volens) profectus est, forte fortuna illi<sup>d)</sup> in itinere manifestus suus hostis, Lubransky dictus<sup>1)</sup>, obviam venit ac servidores suos armata manu aggressus est tantamque illis occasionem praebuit, ut etiam vulneratus ab eis sit.

Hoc viso, aegrotus ille ac infirma valetudine obrutus, statim de curru descendit ac servitoribus suis, ut manus continerent, mandavit. Nihilominus tamen ille laesus hoc vulnere moritur. Cuius rei gracia nunc a demortui consanguinitate ac adfinitate tanquam reus, ut ipse asserit,

immerito accusatur, praesertim cum ipse non ansam praebuerit, sed suis, ut a pugnando abstinerent, iniunxerit. Et cum culpa in eius personam reiecta sit, confugit ad me, tanquam ad sacram ancoram, auxilium meum implorans suppliciterque obsecrans, dignarer<sup>e</sup> ei ad Sacram Regiam Maiestatem Vestram literas meas intercessorias dare, quas quidem illi honeste denegare non potui. Quamobrem Sacram Regiam Maiestatem Vestram iterum atque iterum subdite oro, eadem velit hominem, utcumque innocentem, in pristinam regiam gratiam recipere illique tenutam suam restituere, prout non dubito, quo sentire tandem queat illi literas meas intercessorias non inanes fuisse, sed apud Sacram Regiam Maiestatem Vestram plurimum momenti atque authoritatis habuisse. Id ipse cum omni adfinitate sua omnibus obsequiis erga Sacram Regiam Maiestatem Vestram promereret studebit... Datae Poppen e domo nostra venatoria, 11 Decembris. Anno etc. 37.

*Sub textu:* In simili forma scriptum est mutatis mutandis ad Archiepiscopum Gnisensem<sup>2)</sup>.

*In initio epistolae in margine:* Ad Regem Poloniae, II Decembris.

- |                                   |  |
|-----------------------------------|--|
| a) in ms. exororare               | e) correctum ex: dignatur                                    |
| b) sequitur una littera expuncta. | 1) Thomas Lubrański, castellanus Brestensis<br>(in Cuiavia). |
| c) sequitur hoc expunctum.        | 2) Ioannes Latalski.   |
| d) sequitur expunctum: illa       |  |

N. 1474.

Corthin, 5.XII.1537.

*Albertus dux in Prussia  
Bonae reginae Poloniae  
ad litteras eius de extradendis quibusdam praedonibus ex capitaneatu  
Grodnensi puniendisque eorum complicibus, subditis ducis, respondet  
se causam totam prius accurate investigare debere; de subditis reginae  
in silvis suis feras iaculantibus queritur et rogat, ut eos ab eiusmodi  
actis coerceat.*

*Cfr. El. XXX, N. 166.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 345-348.*

Respondet ad eas literas, quas Zelepuha iunior secum attulit et ad ea, quae idem Reginalis Maiestatis<sup>3)</sup> nomine coram Illustritate Sua retulit.

Serenissima Regina etc.

Obtulit mihi Nobilis ac Generosus Dominus Zelepuha iunior Reginalis Maiestatis Vestrae literas, quas debita reverentia perlegi. In quibus Maiestas Vestra Reginalis indicat, quomodo quidam Reginalis Maiestatis Vestrae subditi, nomine Pellifex Mathias et Nicolaus Barticzka, sub capitaneatu Grodnensi existentes, adiunixerint sese cuidam Martino, fabro ferrario, subdito meo, et magna damna Reginali Maiestati Vestrae atque illius subditis fecerit, interfectisque dolo ac fraude duobus subditis eiusdem, in Ducatum meum ac bona Vyenspurg nuncupata fugerint etc. Et quamvis iniquo admodum animo istud perceperim ac illarum rerum omnium sim nescius, tamen quo certo rem omnem cognoscere possem, omittere nolui, quin capitaneis meis istorum locorum scriberem mandaremque, ut eiusmodi homines diligenter explorarent ac rem, prout esset gesta, quamprimum ad me perscriberent. Qua quidem cognita eum me praebeo, ut quilibet cernere possit me nullam unquam iusticiam ne minimo quidem, multo minus Reginali Maiestati Vestrae aut illius subditis, denegare voluisse. Idque ut firmiter sibi de me Reginalis Vestra Maiestas persuadeat, etiam atque etiam enixe peto, humillimis praecibus obsecrans, eadem dignetur apud suos quoque subditos curare, ut subditi mei iusticiam indilatam, id quod eis hucusque denegatum semper fuit, assequi et habere possint.

Postremo audivi ea quoque, quae supradictus Dominus Zelapuha Reginalis Maiestatis Vestrae nomine mihi retulit, praesertim indicans nonnullos subditos meos sese congregare ac feras in Reginalis Maiestatis Vestrae nemoribus atque silvis iaculari. Quae res si ita sese haberet, ferrem id ipsum molestissimo admodum animo. Verum ego pro certo affirmare possum, id ipsum a Reginalis Maiestatis Vestrae, praesertim autem a senioris Zelepuhae Georgii etc. subditis, saepissime factum et in hunc usque diem adhuc fieri. Quod etiamsi antea saepe coram Reginali Maiestate Vestra conquestus sim, tamen a damnis mihi inferendis hactenus non cessarunt. Quae res cum non parum iurisdictionem meam laedere videatur, rogo Maiestatem Vestram Reginalem, tamquam Dominam meam clementissimam, dignetur suis paulo severius mandare, ut a iaculando et venando feras in nemoribus meis et a tot damnis mihi meisque inferendo in totum abstineant. Curabo ego, ut itidem a meis quoque fiat. Si quis vero alterius aliquid attentaverit et super eo deprehensus fuerit, de eo sumatur, uti aequum est, supplicium. Ego autem, si verum ausim fateri, arbitror eiusmodi controversias et quaerelas ex duabus potissimum causis oriri, quarum prior est, quod villae nimis prope ad fines ditionum collocantur; altera, quod limites inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum meum ad tot peticiones a me factas ac iuxta vigorem contractuum nondum inspecti, positi atque terminati sunt. Quamobrem, quo totum hoc controversiarum negocium tandem dirimi ac bona vicinitas conservari possit, Reginalem Vestram

Maiestatem denuo suppliciter obsecro, dignetur mandare, curare atque efficere, quo huiusmodi villaे, in dictis finibus positae, aliis in locis aedificantur collocenturque. Nihilominus etiam eam operam atque diligentiam apud Sacram Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum meum graciosum et avunculum suspiciendum<sup>b)</sup>, adhibere velit, quo inspiciendorum regundorumque finium inter dictos utrosque Ducatus dies aliquis hac instanti hyeme a Sacra ipsius Maiestate Regia constitui possit. Ad quam rem perficiendam obtainendamque Reginalem Maiestatem Vestram non parum momenti aut authoritatis habere iudico<sup>c)</sup>.

Quod si Reginalis Vestra Maiestas haec omnia supra recitata et petita, scilicet ut villaе aliis in locis aedificantur et dies aliquis granicierum constituatur impetraverit ac effectum reddiderit, summis viribus laborabo, ut eadem Reginalis Vestra Maiestas sentire queat, se hoc beneficium in ingratum hominem non contulisse. Tum et<sup>d)</sup> omnibus subditis meis, quorum gratia ut plurimum istud petitur, erga Reginalem Maiestatem Vestram, quam in Christo diu vivere atque valere opto, promereri studebo. Datae e domo mea<sup>e)</sup> venatoria Corthin, V Decembris. Anno etc. XXXVII.

*In initio epistolae in margine: Ad Reginam Poloniae, V Decembris.*

a) sequitur expunctum: suaе

d) suprascriptum pro expuncto: in

b) verbum correctum.

e) suprascriptum pro expuncto: nostra

c) correctum ex: iudicio

N. 1475.

*Ioannisburgi, 15.XII.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Andreeae a Górkа, castellano Posnaniensi*

*quod causa eius et castellani Cracoviensis apud regem « tanti periculi » non fuerit, sicut rumor jerebat, gaudet; litteras Georgii Lucke et responsum ad eas suum grata se accepisse nuntiat; petitam pecuniae summam ei mutuo dare constituit, postulat tamen pro ea « firmam aliquam cautionem » sibi transmitti.*

*(Schedula: Ioannem Rabe commendat; litteras ad Achatium Czema ad manus proprias tradi petit).*

*Cfr. El. XXXV, N. 549, El. XXXVI, N. 557.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 348-353.*

Scribit de Georgio Luck. Item mutuo dat Domino Andreeae de Gorckae tria millia florenorum. Item petit cautionem.

*Pro litteris 3.XII. missis gratias agit (omittitur).*

Quod ad sollicitudinem nostram, quam Magnificentiae Vestrae et Magnifici Domini Castellani Cracoviensis<sup>1)</sup> causa conceperamus, attinet, gaudemus et ob id plurimum gratulamur, rem tanti periculi non fuisse. In primis autem non mediocrem id voluptatem nobis attulit, quod ex Magnificentiae Vestrae literis perspeximus, sicuti antea quoque nunquam dubitavimus, in Magnificentia Vestra et Domino Castellano Cracoviensi nullam culpam haerere et quod addidit ambas personas vestras non alia de caussa aliquibus displicuisse, quam quod Sacrae Maiestati Regiae in tuenda Suae Maiestatis dignitate constanter adhaeserint. Dici non potest, quantum nobis gaudium istud sit, quanta laetitia, hoc modo Magnificentiae Vestrae constantiam firmumque ac integrum animum cognoscere, quem ut stabilem, ita sine dubio futurum mansurumque penitus confidimus, ita ut illa quoque nos ab ea sentencia nunquam discessuros firmiter credat, etiam atque etiam amice petimus.

Porro scribit Magnificentia Vestra se nobilis, sincere nobis dilecti Georgii Lucke etc., literas una cum nostris accepisse, adiecta amica petizione, dignaremur Magnificentiae Vestrae responsum dicto Georgio Luck etc. haud gravatim transmittere. Quam ob rem cum necessarium sit, hoc negocium, in quo nimirum christiano opere pro nostris viribus promovendo omnem operam adhihere ac nullum non lapidem movere sumus parati, petimus, Magnificentia Vestra sibi non aliter in animum inducat, quam nos Magnificentiae Vestrae literas eodem animo ad Georgium Luck accepturos ac missuros, quo illius ad Magnificentiam Vestram non designati sumus accipere, nec ullam molestiam vel difficultatem nobis in eis transmittendis obozioni, immo multo magis pollicemur nos, quam primum responsorias ab ea literas acceperimus, eas Magnificentiae Vestrae vel proprio cum nuntio nostro transmissuros atque Magnificentiae Vestrae hac in re summo studio gratificatueros. Scripsimus nos quoque illi, quarum literarum exemplum hisce adiunximus.

Postremo quod ad pecuniam, nempe tria milia florenorum per triginta grossos polonicos putatorum, quam sibi in triennium a nobis mutuo dari cupit, pertinet, celare Magnificentiam Vestram pro nostro in eandem amore nolumus, nos non modo hac in re, verum etiam multo maiori Magnificentiae Vestrae pro mediocritate nostra, in re praesertim tam honesta, operam nostram haud gravatim praebituros. Verum Magnificentiam Vestram certiorem facimus, nos propter saeviam pestis, quae lacius in nostris dicionibus grassari cepit, ex Regio Monte alio cum omnibus aulicis nostris profectos atque in domibus nostris venatoriis aetatem agere ac in sylvis latitari, ita ut talem, qualem Magnificentia Vestra peciit pecuniarum summam, penes nos in promptu

non habuerimus. Attamen quo voluntati ac desiderio amici satisfaceremus, mittimus Magnificentiae Vestrae cum servitore suo mille florenos<sup>a)</sup>, nempe sexcentos aureos ungaricos et centum grossos argenteos, quos vulgo Iochanistaler appellamus, ac Domino Iusto Ludovico Decio scripsimus, ut ille reliqua duo millia Magnificentiae Vestrae nostro nomine tradat, quas literas una cum his Magnificentiae Vestrae transmittimus, a quo iuxta animi sui desiderium procul dubio Magnificentia Vestra dictam summam pecuniae post porrectionem literarum accipiet. Non dubitantes Magnificentiam Vestram iuxta promissum suum, post acceptam ac integre numeratam pecuniam, nobis firmam aliquam cautionem (dum omnes mortalitati sumus obiecti et obnoxii) transmissuram. Est autem vehementer gratum nobis, quod Sacrae Regiae Maiestates Poloniae etc. sua sponte ex regia sua benignitate Magnificentiae Vestrae promiserint quaedam bona regalia aere suo redimere. Ad quam quidem rem promovendam non modo consilio nostro, verum etiam re ipsa semper praesto sumus futuri, dummodo vires atque facultates suppetent et spiritus hos reget artus.

Haec omnia Magnificentiam Vestram (quam una cum charissima coniuge<sup>2)</sup> dulcissimisque liberis diu foeliciter vivere atque valere in Christo cupimus) ad literas suas pro responso ignorare noluimus. Nam eidem summam animi nostri benevolentiam ac gratitudinem exhibere sumus erimusque semper promptissimi. Et cum novus nunc hic annus instet, praecamur, ut ille idem Magnificentiae Vestrae foelix ineat, foelicior exeat ac semper foelicissimus recurrat. Datae ex Johannissburgk, XV Decembris. Anno etc. 37.

Cedula pro Ioanne Rabe

Magnifice ac Generoso etc.

Obsignaturi has literas, supplicavit nobis nobilis, sincere nobis dilectus Ioannes Rabe, dignaremur<sup>b)</sup> apud Magnificentiam Vestram intercedere, eandem exorare. quo in caussa sua, quam habet adversus nobilem Georgium Locka, benignum ac graciosum patronum agere, eandemque commendatam sibi habere non dignetur. Nos vero, cum non ignoremus Magnificentiae Vestrae servitorem, praesentium exhibitorem, dicto Ioanni Rabe consanguinitate coniunctum esse, qui rem omnem, prout sese habet, clarius Magnificentiae Vestrae procul dubio ordine narrabit, duximus eandem iam denuo recensere operae precium non esse. Rogamus itaque Magnificentiam Vestram, eadem dignetur efficere, quo talis eius citacio retractari causaque ipsa ad Maiestatis Suae Regiae terrarum Prussiae<sup>c)</sup> consuetum iudicium processumque eiusdem remitti queat. In quo non dubitamus Magnificentiam Vestram sese benignam ac facilem exhibitaram.

Ad haec rogamus Magnificentiam Vestram, uti amicum ac fratrem

nostrum charissimum, eadem velit nostras hisce adiunctas literas, quas ad Generosum Dominum Achacium Zemen etc. scripsimus, illi ad manus suas proprias tradere, si modo adhuc apud Magnificentiam Vestram degit, atque nobis hac in parte haud gravatim operam suam impartiri. Si vero dictus Dominus Zeme ex Posnania Marchiam versus sese contulisset, petimus et quidem amice, ut Magnificentia Vestra cum proprio suo servitore illi eiusmodi nostras literas, in quibus nobis non parum momenti positum est, primo quoque tempore transferri curet. Dabimus nos operam, ut Magnificentiae Vestrae vicissim in re longe maiori studiose inserviamus. Datae ut supra in literis.

*In initio epistolae in margine:* Ad Dominum Andream de Gorckaw,  
XV Decembris.

- |  |                               |
|--|-------------------------------|
| a) <i>in margine</i>                           | 1) <i>Ioannes Tarnowski.</i>  |
| b) <i>sequuntur expuncta verba: suo nomine</i> | 2) <i>Barbara Kurozwęcka.</i> |
| c) <i>in margine.</i>                          |                               |

*N. 1476.*

*Ioannisburgi, 15.XII.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*Lucae a Górką, palatino Posnaniensi,*

*pro litteris, bonae valetudinis ac fortunae gratulatione gratias agit;*  
*occasione Anni Novi iam instantis omnia fausta ac felicia ei precatur*  
*(« ut ille idem Magnificentiae Vestrae felix ineat, felicior exeat ac*  
*semper felicissimus recurrat »).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXV, N. 548.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 354-355.*

*N. 1477.*

*Ioannisburgi, 24.XII.1537.*

*Albertus dux in Prussia*

*capitaneo in Nowe Miasto (Novimest)*

*rogat, ut servitori suo det veniam videndi et inspiciendi aedificia quaedam*  
*(praecipue autem culinam), a defuncto Christophoro Szydłowiecki*  
*olim in Nowe Miasto aedificata, ipse in animo habens similia erigere*  
*aedificia.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., 50, ff. 355-356.*



# 1538

Anno a nato Christo Servatore  
Millesimo Quingentesimo Trigesimo Octavo  
**1538**

*N. 1478.*

*Ioannisburgi, 1.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Paulo Rukosky (sic in ms., error pro: Kukowski?)*

*pro servitore suo Georgio Schultheiss, qui aliquandiu in servitio eius  
manens ob levem quandam causam in indignationem eius inciderat  
et abiens aliqua bona sua apud eum reliquerat, intercedit et rogit,  
ut ei eiusmodi bona restituere velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 363.*

*N. 1479.*

*Ioannisburgi, 4.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Iosto Ludovico Decio*

*cum in futuris Regni Comitiis de negotio quoque monetario tractabitur,  
se legatos suos ad ea missurum esse nuntiat, ut in protegendis et*

*defendendis privilegiis ac iuribus suis ei consilio et auxilio adsint; de negotio Fuggerorum se ei in persona relaturum esse significat, cum Regium Montem ad se visendum feliciter advenerit; rogat, ut residuam pecuniae summam Andreae a Górka mutuo dandam nomine suo ei persolvat.*

*Cfr. El. XLVII, N. 247.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 286-287v.*

An<sup>a)</sup> Jobst Ludwigenn, den 4 Januarii<sup>b)</sup> 38.

Meyn gnedigster her schreybet, nachdem ein landtag yhn der Cron Polen, dorin auch der muntzhandel angefochten werden sol, eynen beystandt zu schicken. Zum andern, so Jobst Ludwigk bey uns ankompt, allerley dy fuckerischen handelung mit ko.mt. zu Denmarcken<sup>1)</sup> betreffende berichten. Zum dritten wirt vormeldt des jungen herrn zu Possne<sup>2)</sup> umb ein anlegung etzlicher summa geldes, nemblich III tausent gulden angelangt etc.

Unsern gunstigen gruss und genedigen willen zuvor.

Edler, lieber, getrewer.

Uns ist ewer schreyben, datum Cracaw den XII Novembris diss jtzigen laufenden jhars, behendigt. Darauss under andern vornomen, das ir pitten thut, nachdem ein landtag yhn der Cron Polen, doryn auch der muntzhandel angefochten, yhn kurtz gehalten werden soll, wir wolten euch eynen beystandt von unsren geschickten botschaftern, dy wir ane das villeicht derort haben worden, zuordnen, domit ir euch derselben zu trosten. Zudem, so woldt ir uns auf ewer ankonft gegen Konigspergk allerley, dy fuckerischen handelung mit ko.mt. zu Dennemarcken betreffende, berichten etc. Nhu wollen wir euch hirauf genediger meynung nit<sup>c)</sup> bergen, das wo wir derort unsere geschickte botschafter abfertigen werden, denselben euch yhm muntzhandel von unserentwegen beystendig, yhnrethigk und holflich zu sein, befehl auferlegen wollen, zu Gott hoffend, es werden dannacht also alle handel und sachen vorgenommen werden, das uns sowol als andern unseren privilegien und gerechtigkeyt nichts zu nachteyl gehandelt und geschlossen, dorzu die unserigen, so wir dorzu abfertigen werden, ires vormogens fleissig forderen helfen sollen und werden. In den sachen aber, so dy fuckerischen angehet, haben wir etwan ein wenigen bericht, dan auch wir yhn jtz gehaltener cronung zu Coppenhagen auf anregung Hansen Breda, der Fucker dyner zu Danntzig ligende, allerley mit ko.mt. gehandelt. Aber wy dem allen, so wollen wir

ewerer geluckseligen und gesunden ankonft gewarten, uns mit euch bereden und wes uns yn der fuchkerischen handlung, als denen wir genedigen willen zu erzeigen gewogen zu thun möglich, thulich und leidlich, genediglich und gern vorstellen helfen.

Weiter haben wir auss eweren schreyben vernomen, das der junge her von Posenn uns in etzlichen seyner herlichkait sachen freuntlichen ansprochen und anlangen werde. Derwegen ewer pit, dieweil er über euch gehalten, wir wolten in nit lassen etc. Nhu hat uns sein ht. umb ein anlehung etzlicher summa gelds, nemblich dreytausent gulden, anlangt und wiewol wir seyner ht. auss sonderer freuntschaft in dem und vil mehrerem zu wilfarem geneigt, so ist uns doch yhn ansehung jziger geschwinder pferlichen leuft, die sich zu Konigspergk und andern ortern unsers furstentumb, welche wir pitten Gott der almechtige zur besserung schicken wolle, zugetragen und nach erhalten, fast schwer und sher ungelegen, nachdem wir die unsren derort ein solche summa zu holen und an uns zu pringen nicht gern yhn die fhar setzen und schicken wolten, wie yr selbst zu bedencken, seyner hert., wy gern wir des auch theten, yn dem zu wilfaren. Aber, unangesehen des alles, damit seyner ht. zusehen, des wir jhe derselben gerne dienen, so haben wir derselben tausent gulden an 600 ungarischen und 100 Jochemstalern zugeschickt, genediglich an euch begerende, ir wollet uns zum besten jtzt gerurtem jungen herrn von Possenn 2000 fl überreichen und zu handen stellen, welche wir euch nach notturft zu vertzinsen und vorn schlegschatz, ader yhn ander weg zu vorgenugen genediglich entschlossen. Und so dan ko.mt., unser genedigster herr und freuntlicher, lieber ohme, uns jerlich 4000 fl, 28 gr, vor eynen fl gerechent, jherlich vor unser deputat gnediglich reichen lassen, und aber von solcher summa unserm freuntlichen, lieben vettern und brudern, marggraff Johannsenn 3000 fl, jhe 30 gr vor eynen fl gerechenet, auf kommende Ostern geben und erlegen mussen, so bleibt unsers vorsehens nach überig ungeferlich eilfhundert march preussich, welche yr zu aufrichtung oben gedachten summa der 2000 fl nemen möget und das andere auf uns von schlegschatz ader yn ander wege, auch mit zins zu vorgenugen sehen moget. Dan wir euch, wy billich, yhm schaden stecken lassen nit wollen und vorsehen uns demnach gentzlich zu euch, dieweyl ir selbst gerathen, des wir sein ht. jtzt lassen nicht solten, und aber yhn eil als abwesens von unserer hoffhaltung auss oben ertzalten ursachen, darzu wenig rath konnen, auch das ir derselben gern dienet. Ir werdet euch yhn dissem fhal also ertzeigen und halten, das wir solhe ewere dinstwilligkeit gegen uns und seyner herligkeit umb sovil hoher zu spuren und zu preysen. Das seind wir umb euch neben

geburlicher betzalung dancknemlich yhn gnaden zu beschulden genediglich gewogen. Datum Johannissburgk, ut supra<sup>a)</sup>.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii  
idem audivit legere  
presentibus: Hoffmeister  
Cunheim, Cancellario.  
Cancellarius.

- a) *in margine*: Jobst Ludwig.  
b) *sequitur expunctum*: XV Decembris  
c) *in ms. mit.*  
d) *supra lineam pro expuncto*: den XV Decembris.  
1) *Christianus III.*  
2) *Andreas a Górkka.*

N. 1480.

Ioannisburgi, 6.I.1538.

*Dorothea dux in Prussia*

*Isabellae reginulae, filiae regis Poloniae,  
pro litteris gratias agit; de bona eius regiorumque parentum valetudine  
gaudet et gratulatur; rogat, ut se saepius litteris suis invisat; regi  
et reginae se commendari petit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 363-364.

N. 1481.

Ioannisburgi, 6.I.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Iosto Ludovico Decio*

*de negotio Fuggerorum cum rege Daniae prolixius refert; pro com-  
municatis novitatibus gratias agit; de matrimonio reginulae Isabellae  
cum Ioanne rege Hungariae plura sibi perscribi petit.*

Cfr. El. XLVII, N. 251.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 287v-288v.

An<sup>a)</sup> Jobst Ludwigen, den 6 Januarii.

Tut meyn gnedigster her schreyben in der fuckerischen sachen etc.

Wir haben ewer schreyben, datum Cracaw den 5 Decembris des  
vorschienen 37 jares, am 3 Januarii entpfangen, lesende eingenomen und

doraus, wes ir uns nicht allein durch das jtzige, sunder auch vorig gethan an uns schreyben, der fuckerischen sachen halben, so sich mit ko.w. zu Denmarcken<sup>1)</sup> irrig erhalten thut, gebeten, vorstanden. Nhu haben wir zu Coppenhagen neben und mit her Hannsen von Werdenn den fuckerischen zum besten yhn dieser sachen allerley underredung mit ko.w. gehabt, dorauss sovil vormercket, das durch iren diener uber koniglichen zulass vil ein grossers und merers stilschweigendt durchzufuhren, den hochgedachte ko.w. inen zugelassen sich understanden, derwegen yr ko.w. nicht unbillich zum guth und auch zum manne gegriffen. Aber wy dem allen, haben wir damnacht auf unser vleissig anhalten bey irer ko.w. erhalten, das ir ko.w. den handel dohin gestelt, wo die fuckerischen schicken und sich mit irer ko.w. disses durchfhurens gutwillig vertragen werden, wolt yr ko.w. auss gnaden dy an- und eingenommene person und gutther loss und ledig lassen. Wo nit, so sold sich gedochter der Fucker dyner auf ko.w. erfordern, mitsamt den gutthern zustellen schuldig seyn. Aus welcher koniglichen gegeben antwort scheind, das yr ko.w. den handel gnediglich zum vortrag gelassen. Derwegen solcher handel nhumehr dohin sehen wil, das die fuckerischen demselben nachkkommen. Welchs so sye zu thun gesynnet, auch wir als der auf ewer vorbit alle genedige forderung, mittel und wege zum leiderlichem vortrag zu suchen gewogen, der mittel und vorschlege, worauf sie zu bethuen, domit ko.w. zu Dennemarcken an iren zollen nichts entzogen entschlossen, dergleichen auch wie und mit was mass und weg an ir ko.mt. zu khommen und mit derselben zu handelen seyn soll, durch ewer schriften ader sunst berichtet und vorstendigt. Alsdan wollen wir umb sovilmehr, dieweyl ko.mt. zu Polen und den loblichen stenden domit gedienet, soviel uns getzimen wil, gern helfen mittel und wege suchen, das den hendelen allen, als wol ko.mt. zu Polen, auch ko.w. zu Denmarcken, derselben loblichen stenden, als auch den fuckerischen und andern zum besten vormittelst gotlicher holf gerathen und geholfen werden moge. Dan ehe und zuvor wir solchs alles vorstendiget, khonnen wir bey uns yhn unserer einfalt, wy und mit was mass an ko.w. uber des, wes zufhur bescheen, zu kommen und mit derselben zu handelen nicht schlissen. Was den beystandt auf das gesprech anlangt, haben wir euch unlangst unsers gemuts meynung entdencket<sup>2)</sup>, dobey wir es itzo umb kurtz willen beruhen lassen.

Der uberschribenen newen zeitung thun wir uns mit gnaden bedancken, gnediglich begerende, uns zu ewerer gelegenheit yhweweylen mit zeithungen zu bedencken. Hetten auch hinwider euch gerne zeitung zugeschrieben, aber bey uns nit sunders vorhanden gewesen. In sunderheit aber ist unser genedigs begeren, dieweyl ewer schreyben von einer hairath mit konig Januschen<sup>3)</sup> meldet, uns derselben gelegenheit und notige umbstendt, sovil derselben leidlich, gutwillig mitteylen wollet.

Und nachdem wir aus einem eweren schreyben vorstanden, das yr uns flader zu bestellen und denselben gegen Konigspergk zu vorfertigen gewilliget, als vorsehen wir uns zu euch, yr werdet uns zuguthe guten weysen flader einkeufen und denselben mit ersten auf wasser nach Konigspergk, do wir solchen zu unsern vorhabenden gebewden schwerlich zu entberen vorschicken. Das seind wir hinwider umb euch mit gnaden yngedenckt zu sein genediglich gewogen, und haben euch solchs auf ewer schreyben und sunst gnediger maynung yhn antwort nit vorhalten wollen, dann euch mit gnaden seind wir gewogen. Datum Johannsburgk, ut supra.

Commissio Principis in  
presentia Magistri curiae  
et Kunheyem etc.  
Cancellarius.

- a) *in margine*: Jobst Ludwig.
- z) *sic in ms.*
- 1) *Christianus III.*
- 2) *Ioannes Zápolya, rex Hungariae.*

N. 1482.

*Ioannisburgi, 7.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,*  
*Adrianum Schtreschin, eius olim servitorem, ad aliqua negotia expedienda*  
*in Maiorem Polonię se conferentem, commendat.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 291v-292.*

N. 1483.

*Ioannisburgi, 7.1.1538.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Nicolao Nibschtz*  
*de legato Valachico ad regem misso certior fieri cupit; de tribus articu-*  
*lis in litteris eius nominatis, se in persona cum eo collocuturum es-*

*se sperat; pro missis novitatibus gratias agit.*  
*(Schedula: duos equos a Gabriele Tarlo sibi procurari petit).*

*Cfr. El. XLVII, N. 253.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 289-291v.*

An<sup>a</sup> Nickell Nybschitz, den 7 Januarii.

*Pro litteris coniugis suae reginulae Isabellae redditis gratias agit*  
*(omittitur).*

Was ferner die bothschaft, so vom Wallachen<sup>b</sup> widerumb ankhomen, anlangt, wollen wir, wes yhn diesem fhall einmal ausgericht wirdt, auch, wie die leut gegeneinander gesindt, zu erfahrene, nachmals erwarten, gnediglich begerende, wes du also erfherest, wollest uns mit der zeit auch mitzuteilen nicht undterlassen.

Die eylung deynes abschieds von Kirssburgk berurende, ist nicht ohn. Wir hetten uns domals nach allerley, desshalben du einmal wol ein nacht bey uns hettest pleyben mussen, mit dir zu undterreden gehabt, welchs aber durch dein wegkeylen vorlieben.

Antreffende die drey articul yhn deynem schreyben gemelt, haben wir jtzmals mit antwort uberschriften und lassens yhn ime selbst beruhen. Wo auch yhn solchem des hochwirdigen in Gott unser freuntlicher, geliebter herre und bruder der bischoff zu Crackaw<sup>c</sup> ethwas gedacht, wollen wir uns auf den nechstkhomenden sommer, so Gott dein person als wir gerne sehen, zu uns vorhulffe, von dem und anderem, so sich besser reden dan schreyben lest, villieber und gern nodturftiglich mit dir undterreden. Als du aber weyter von dem heyratsboten und den fhall yhn windischen landen, das sichs gar disfals geendert, meldung thust, ist unser genediges synnen und begeren, weyl wir vorhin nichts, wie es mit dem fhal yhn windischen landen ein gestalt, verstanden oder vernomen, du wollest uns, sovern es dir nicht beschwerlich und als vil ymmer leidlich, wie und welcher gestalt derselbig articul zu verstehen etc. wissen lassen.

Die Masawer berurende, thun wir uns erstlichen gegen deyner person, das du solchen handel an obgedachten unsern geliebten freundt und bruder, den bischoff zu Crackhaw, ynhalts deyns schreibens hast gelangen lassen, gnediglich und nachmals gegen seyner lieb derselben bruderlichen gegebenen raths etc. uffs freuntlichste bedancken. Wollen auch solchem wolmeynendem rathe mit vleiss folgen.

Der Carl Kutscherin halben ist nicht von nodten desshalben vil schreybens darinne ze thun oder zu machen, sonder wollens fur weybertyding halten und pleyben lassen.

*De duobus equis ab Elia Ostrogski sibi mittendis (omittitur).*

Das du auch dem Terlenn<sup>4</sup> bey dem herrn Adrowansch auf<sup>5</sup> unser schreyben eins ross halben zu handeln auss denen ursachn yhn deynem schreyben angezeigt, auferlegt, sein wir wol zufrieden, hören aber nicht gerne, das du bey ime dermassen in ungurst stehest.

Der newen zeitung sein wir gegen deyner person ihn gnaden danckbar, und dieweil der konig von Franckreich<sup>6</sup> dem keyser abermals starck ihns landt gezogen sein sol, so ist unser genedigs synnen, wes du desshalben mehr und weiter erfherest, uns solchs und wie es drumb stehe, wissen lassen. Alhy aber wirdt dovon geredt, das zwischen kayserlicher mt. und berurtem konig von Frannckreich ein fried aufgericht sein soll etc.

Und als du weyter meldest, wie der churfurst zu Brandenburgk<sup>8</sup> etc. seyne potschaft bey ko.mt. zu Polan etc. gehapt, aber die alte konigin<sup>9</sup> nicht besuchen ader ansprechen lassen, ist uns solchs nicht lieb. Wir achten aber, das unser vetter, der churfurst, villeicht das welsch geprenge schwerlich ubers hertz pringen khonne, wiewol wir vil lieber gesehen, das<sup>b</sup> es gescheen, dann yhe einem guthe und ehre wort nicht schaden khonnen.

Uns ist auch die groste freude, das die alte ko.mt.<sup>c</sup>, unser gnedigster und freutlicher, lieber herr und ohem, lauts deines schreybens, nach frisch und gesunth, auch wol isset, trinket und schleft. Gott, den almechtigen, bittende, ehr wolle sein ko.mt. yhn solcher wolmogenheit mit gottlichen gnaden langwirig fristen und erhalten.

Das sich auch die ersame weyssheit zu Krokaw undtereinander umb die meuler geschlagen, derwegen ko.mt. hochgedacht billich die scherpfe der clingen gehen liss, sie aber, weil sie reich, zuflucht zu der nodthelperin etc. haben, wollest uns, wie es zugangen und auss wes ursachen solchs gescheen, auch wie es damit vorplieben, durch dein nechtst schreyben zu erkennen geben.

Beschliesslich wher one noth gewesen uns deynes hoffgewandts halben zu manen, dan wir dir solchs lengst gerne geschickt. So hat uns doch diese jetzige sterbliche leuften davon, ja, auch unser eigen hoffgesindt zu cleiden, abgehalten und vorhindert. In ansehung, weyl das gewandt dunten zu Konigspergk uffeinander leydt, wolten wir yhe auss angezegten ursachen niemandts gerne vorgiften sehen. Sobaldt uns aber Gott hinab hilft, wollen wir deyner auch nicht vorgessen. Wo du aber yhe des so hoch nodturftig und die sterblichn leuften nicht ansihest, magstu uns solchs zu verstehen geben. Alsdann wollen wir, unangesehen der sterblichen luft vorfuegen, das dir dein hoffgewandt zugesandt soll werden. Das alles haben wir dir uff dein schreyben, als dem wir mit gnaden gewogen in antwort genediger meynung nicht verhalten

wollen. Und wollest uns auch, wie es sich zu Peterkhaw uff dem tage allenthalben anlest und vorhelt, schriftlichen mitzutheylen unbeschwert sein. Datum Johannsburk Montags nach Trium Regum anno etc. 38.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
Georgius Hack.

- |   |                                |
|---|--------------------------------|
| a) <i>in margine</i> : Nibschtz.        | 4) <i>Gabriel Tarłō</i> .      |
| b) <i>sequitur expunctum</i> : eg.      | 5) <i>Stanislaus Odrowąż</i> . |
| c) <i>in ms. bis scriptum</i> .         | 6) <i>Franciscus I.</i>        |
| 1) <i>Petrus Rareš, pal. Moldaviae.</i> | 7) <i>Carolus V.</i>           |
| 2) <i>Christburg (Dziergoń)</i> .       | 8) <i>Ioachimus II.</i>        |
| 3) <i>Ioannes Chojeński</i> .           | 9) <i>Bona</i> .               |

N. 1484.

*Ioannisburgi, 9.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Iosto Ludovico Decio*

*praeter voluntatem regiam se oratores suos ad Comitia Petricoviensia,  
de re monetaria tractaturos, mittere non posse nuntiat, sed per scripta  
et litteras ad singulos proceres mittendas negotium promovere tenta-  
turum esse significat.*

*Cfr. El. XLVII, N. 247.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 292-293.*

An<sup>a)</sup> Jobst Ludwig, den 9 Januarii.

Meyn gnedigster herr thut vormelden der botschafter halben gen Peterkaw zu eynem beystandt zu schicken.

Nachdem ir uns unlangst dinstlich fleys angelangt und gebethen, wir wolten euch von unsren gesanten bothschaftern, so wir vielleicht auf das jtzige gesprech gegen Peterkaw schicken worden, eynen beystandt im muntzhandel, ob des vonnoten, zo ordenen, warauf wir euch yhn antwort hinwiderumb unsers gemuts meynung, wie euch solche briefe zweifelsan nnumer zukommen, angezeigt. Nhu weren wir unbeschwert euch auf

ewer emsigs pitten und anlangen, auch der sachen zum besten eynen beystandt, so wir unsere bothschafter dohin geschickt hetten, zu bestellen<sup>a)</sup>. Wir wollen euch aber genediger meynung nit bergen, das wir des schickens halben bey uns hohe bedencken gehabt, und solchs auss dissen ursachen: Dieweyl ko.mt. dy rethe der landt Preussen des koniglichen teils durch ire bothschafter auf den reichstag kegen Peterkaw neben den andern der Cron standen einzukommen und zu erscheinen offentlich begert und gefordert, uns aber disfals halben nit die wenigste meldung ader anzeigung gescheen, so konnen wir bey uns erachten, das irer ko.mt. fur und gemut nit ist, das wir solten solchen ernanten tag durch die unserigen ersuchen lassen. Demnach wollen wir uns nit gerne also finden lassen, das wir wider ko.mt. willen uns zwung, dan die euserste notturft uns dohin ader an der ort einlassen solten, dorauss yhn zukommendt ir ko.mt. ein missfallen scheppen mochte, sunder haben vor gutt und notwendig angesehen, unsere sachen durch gemeyne schriften an unsere herrn und freundt yhn massen ir beyligend zu ersehen, zu fordern, genzlich hoffende es werde als wol<sup>c)</sup> wider unser auch unserer land und leut, als auch anderer privilegien, gerechtigkeit, vertreg und beredungen, so mit gemeyner beliebung aufgerichtet<sup>d)</sup>, nicht leichlich etwas hinder uns<sup>e)</sup> geschlossen werde. Wo aber jhe etwas vorfallen, des uns zu nachteyl yhn zukommend gereichen wold, begeren wir genediglich, uns solchs yhns erste und allereylendeste, domit wir uns unser gelegenheit nach dannach zu richten, mitteylen und anzeigen wollen. Wir wollen uns aber vorsehen, das schwerlich etwas anders des muntzhandels halben auf jtzierer tagart uber unsere gegebene antwort vorgenommen werden solle, dan allein wes das schrot korn und halt belangen thut, ihn welcher vorantworthing und probirung wir euch wol also geschickt und gefast wissen, das menniglich sowol auch wir, dieweil durch dy unsern alwege dy muntzen probiret vor uns selbst, doran und mit euch zufrieden und ein guts gefallen haben werde. Solchs haben wir euch, dem wir mit gnaden gewogen, gnediger wolmeynung unangezeigt nit wollen lassen, mit genedigem begeren, ir wollet uns, wess sunst newes uff dem tage zu Peterkaw furfelt, schriftlichen mitteylen. Das gereicht uns zu genedigem gefallen in sondern gnaden widerumb zu erkennen. Datum Johannispurgk, ut supra.

Commissio Principis propria.

Cancellarius.

a) *in margine*: Jobst Ludwig.

b) *in ms.* bezustellen.

c) *supra lineam*.

d) *sequitur expunctum*: vortreg und beredungen, so mit gemeyner beliebung aufgerichtet.

e) *supra lineam*.

*Ioannisburgi, 10.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Ioanni Chojeński],  
felicem Annum Novum ei precatur; negotia sua subditorumque suorum  
apud regem et proceres in Comitiis congregatos promovenda com-  
mendat.*

(*Schedula: Felicem Stang ab Allen commendat*).

*Cfr. El. XXXVI, N. 553.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 365-368.*

Scribit de Comitiis Petracoviensibus et commendat causam suam. Item praecatur novum annum.

Obsequia nostra amica etc.

Posteaquam Serenissimus Potentissimusque Princeps ac Dominus, Dominus Sigismundus, Dei gratia Polonorum Rex, Magnus Dux Lythuaniae etc., Dominus et avunculus noster pientissimus, Comicia indixit eademque hoc tempore, necessitate fortassis aliqua ita postulante, celebrare statuit, quibus Reverendissima Paternitas Vestra tanquam supremum membrum Coronae, quod non exiguum gubernationis partem sustinet, una cum reliquis amplissimi Regni Poloniae proceribus ordinibusque proculdubio intererit, non potuimus praetermittere, quin nos, tanquam amicus, qui Reverendissimae Paternitatis Vestrae sanitatem foelicitatemque summo animi desiderio nullo non tempore cognoscere cupit, eandem literis hisce nostris amice inviseremus, illi foelix novi huius anni inicium, foeliorem eius exitum ac semper foelicissimum recursum optantes, Deumque Optimum Maximum praecantes, ut is et Reverendissimae Paternitatis Vestrae gressus pro sua divina benignitate dirigere clementer velit atque eandem non tam ad amplissimi Regni Poloniae laudem ac dignitatem, quam ad nostri Ducatusque nostri Prussiae commodum ac utilitatem, diu salvam, foelicem atque incolumem conservare dignetur. Ad quam etiam rem promovendam si pro nostra hac mediocritate aliquid opis adferre poterimus, non negligemus in eo studium nostrum summum, sed consilio, auxilio ac re denique ipsa praesto semper erimus.

Porro Reverendissimam Paternitatem Vestram, uti fidum amicum ac fratrem nostrum charissimum, ignorare ea haud existimamus, quae nos praeterito tempore<sup>a)</sup> in prioribus Comitiis in Regno Poloniae celebratis, nostri terrarumque nostrarum ac subditorum causa urgente necessitate, subdite et amice quaesiverimus pecierimusque. Ita non dubitamus haec

omnia a Sacra ipsius Maiestate Regia amplissimisque Regni ordinibus benignis, graciosis ac regiis auribus exaudita, impetrata et accepta fuisse. Nihilominus tamen operae pretium nos facturos iudicavimus, si Reverendissimae Paternitati Vestrae, uti amico nostro charissimo, in quem omnem spem ac fiduciam nostram ponimus ac semper antea collocavimus, ea denuo in memoriam revocaremus Reverendissimamque Paternitatem Vestram, pro nostro in eandem summo amore, amice ac fraterne obsecraremus, quo una cum reliquis Dominis ac amicis nostris, nobis bene volentibus, in omnibus nostris terrarumque ac subditorum nostrorum causis atque negotiis, antea saepe quaesitis petitisque, omnem diligentiam adhibere eademque apud Sacram Regiam Maiestatem Poloniae celebrimosque Regni proceres promovere diligenter atque haec omnia negotia fideliter commendata sibi habere velit. Sicuti non dubitamus Reverendissimam Paternitatem Vestram haec omnia amice ac fraterne in memoria sua conservaturam ac nostri semper memorem futuram scriptumque hoc nostrum boni consulturam esse... Datae e Johansburgk, X Ianuarii 1538.

*Sub textu:* Simili forma mutatis mutandis scriptum est ad Dominum Ioannem Comitem a Tarnaw, ad Dominum Lucam et Dominum Andream Comites de Gorcka etc. et Episcopum Plocensem<sup>1)</sup>.

Commissio Principis propria

idem audivit legere.

Hieronymus Schurstab

Cedula ad Episcopum Cracoviensem<sup>2)</sup>

et Comitem a Tharnaw etc.

Commendat Foelicem Stang ab Althen<sup>b)</sup>.

Reverendissimam quoque Vestram Paternitatem certiores facimus, nobilem, fidelem nobis dilectum, Foelicem Stang ab Althen, scriptis suis ad nos literis subdite ac summis praecibus nos rogasse, posteaquam ipse nonnulla propria negocia haberet apud Reverendissimam Paternitatem Vestram expedienda, dignaremur illum, si ita occasio ad Reverendissimam Paternitatem Vestram scribendi sese obferret, nostris quoque literis eidem diligenter commendare. Quod quidem illi, uti servitori et aulico nostro, denegare noluimus. Rogamus itaque Reverendissimam Paternitatem Vestram amice ac fraterne, si dictus Felix Stang ab Althen ad Reverendissimam Paternitatem Vestram pervenerit, eiusque consilium, auxilium ac opem imploraverit, ut illum nostro nomine sibi commendatum habere ac benignam et graciosam sese erga illum exhibere haud gravatim velit, quo sentire tandem queat existimationem nostram non parum momenti atque autoritatis apud Reverendissimam Paternitatem Vestram habuisse, sibi vero commendationem nostram plurimum profuisse. Nos dabimus operam,

ut Reverendissimae Paternitati Vestrae vicissim studiose inservire queamus. Datae ut in literis.

*In initio epistolae in margine:* Episcopo Cracoviensi, X Ianuarii.

- a) *supra lineam.* 1) Petrus Gamrat.  
b) Commandat Foelicem Stang ab Althen in 2) Ioannes Chojeński.  
*margine.*

N. 1486.

*Ioannisburgi, 10.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia*  
*episcopo Premisliensi [Stanislao Tarło]*  
*de episcopatus Premisliensis in eum recens collata dignitate gratulatur;*  
*felicem Annum Novum precatur.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 369.*

N. 1487.

*Ioannisburgi, 10.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Ioanni Woysławski, canonico Varsaviensi et Plocensi,*  
*rogat, ut hominibus suis, praesertim Lomsensibus et Colnensibus, inter-*  
*dicat, ne saevientis tempore pestis per oppidulum suum Ioannisburgum*  
*(ubi ipse nunc degit) transeant, sed per aliam viam iter faciant.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 370-371.*

Hortatur, ut hominibus suis interdicere velit, ne ex Mazovia, praesertim  
ex Lomza et Colna, tempore pestis per castellum Iohansburgk versus  
Regium Montem proficiscantur.

Salutem. etc.

Non arbitramur Dominationem Vestram ignorare Deum Optimum  
Maximum iram suam super has terras nostras effudisse, ita ut tota

civitas nostra Regius Mons ac reliquae circumiacentes civitates gravi pestilitatis aere corruptae sint. Quae quidem pestis posteaquam aliquanto gravius saevire cepit, contulimus nos una cum Illustrissima Principe, Domina coniuge<sup>1)</sup> nostra charissima filiabusque<sup>2)</sup> ac nonnullis aulicis et consiliariis nostris in castellum nostrum Iohansburgk, alias Piss dictum, in quo nunc vitam traducimus. Et cum multi homines terrae vestrae Lomzensis ex Mazovia per dictum castellum nostrum versus Regium Montem proficiisci atque exinde huc redire soleant, clementer a Dominatione Vestra petimus, ut illa omnibus suis, tam in Lomza, quam Colna, hominibus atque subditis interdicere et prohibere velit, ne per hoc nostrum oppidulum transiant<sup>3)</sup>, sed aliam viam proficiantur. Nam non paciemur amplius ullum hominem ex Regio Monte aut aliis civitatibus, in quibus pestis regnat, proficiscentem hic suum habere transitum, donec pestis saevit. Quamprimum vero eadem cessabit, patebit iterum cuique via haec publica. Haec ideo Dominationi Vestrae significare voluimus, ut istud quoque subditis suis significare possit et illi ipsi postmodum cavere sibi queant... Datae e Iohansburgk, X Ianuarii 1538.

Commissio Principis  
ex relatione  
Burgravii Iohansburgensis.  
Hieronymus.

*In initio epistolae in margine:* Ioanni Woysslawsky etc., X Ianuarii.

1) *sic in ms.*

1) *Dorothea.*

2) *Anna Sophia et Lucia.*

N. 1488.

*Ioannisburgi, 13.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Stanisla Orwid (Orbidano), tivuno Telszensi,*  
*iterum pro subdito suo Bonaventura intercedit et rogat, ut ei sal inique*  
*arrestatum sine ulteriori mora tandem restituerc et pro damnis inde*  
*acceptis satisfacere velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 371-372.*

N. 1489.

*Ioannisburgi, 13.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radziwill, capitaneo Samogitiae,*

*pro subdito suo Bonaventura intercedit et rogat, ut Stanislaus Orwid  
(Orbidanum) eo adigere velit, ut praefato subdito suo bona iniuste  
arrestata restituat et pro damnis inde ortis satisfaciat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 372-374.*

N. 1490.

*Poppen (Spychowo) 19.I.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*pro iustitia debita subditis reginae, qui sibi vel subditis suis iniurias  
et damna inferunt, administranda gratias agit et similem diligentiam  
in puniendis subditis suis (si similium facinorum eos reos esse con-  
tigerit) vicissim promittit; in negotio autem villarum prope fines  
collocatarum culpam omnem in se non esse reiciendam arbitratur;  
rogat, ut a rege impetrat, quo dies inspiciendorum finium tandem  
statuatur.*

*Cfr. El. XXX, N. 170.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 376-377.*

Scribit de villis prope fines, qui Magnum Ducatum Lythuaniae a Ducatu  
Prussiae disternant, collocatis. Item de finibus etc.

Accepi Reginalis Vestrae Maiestatis literas, in quibus mihi ad eas,  
quas antea cum Generoso Domino Schellenpuhe<sup>1)</sup> ad Reginalem Vestram  
Maiestatem scripsi, respondere dignata est. Ex quibus sane non mediocrem  
voluptatem atque gaudium cepi, posteaquam intellecti Reginalem Maiesta-  
tem Vestram curaturam, ut de Maiestatis Vestrae Reginalis subditis,  
qui mihi seu subditis meis iniurias et damna inferunt, iusticia debita  
atque expedita ministretur. Pro quo Reginali Maiestati Vestrae eas, quas  
possum, maximas ago gratias, pollicens me vicissim curaturum, ut itidem  
a me quoque summa diligencia fiat.

Quod autem ad villas, prope fines, qui Magnum Ducatum a ditione  
mea disternant, collocatas, attinet, arbitror culpam adeo omnem in me

reiici non debere, praesertim cum prior nec ansam, nec occasionem antea unquam praebuerim. Nam certo istud affirmare possum, meas villas prope fines in Regiae Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi mei plentissimi, feudo atque in ditione mea collocatas esse. Itaque Reginali Maiestati Vestrae pro eo quoque, quod de hoc cum Regia ipsius Maiestate egerit, non minores ago et habeo gratias, firmiter sperans Regiam ipsius Maiestatem me illud responsum, quod a Consiliariis Magni Ducatus Lythuaniae accipiet, non celaturam.

Postremo Reginalem Vestram Maiestatem, uti Dominam meam clementissimam, enixe oro, ut eadem ad tot petitiones meas antea factas tantum apud Regiam ipsius Maiestatem efficere velit, quo tandem ad proxime futuram hyemem certa dies inspiciendorum finium et terminandorum limitum inter Magnum Ducatum Lythuaniae et Ducatum meum Prussiae constituatur. Hoc enim pacto ac nullo alio futurum spero, ut omnes quaerelae, iniuriae et damna utrimque facta e medio tollantur. Non dubito autem Reginalem Maiestatem Vestram sese benignam ac facilem in hac causa praebituram. Ego vicissim dabo operam, ut Reginali Maiestati Vestrae in re longe maiori vicissim gratum<sup>a)</sup> obsequium prae-stare queam. Quae bene ac foeliciter valeat. Datae e domo nostra venatoria Puppen, XXIII Ianuarii 1538.

Commissio Principis propria

idem audivit legere.

Hieronymus.

*In initio epistolae in margine:* Ad Reginam Poloniae etc., XXIII Ianuarii.

a) sequitur expunctum: osb.

1) Zelepucha.

N. 1491.

Rosacken, 19.I.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro fratribus Nicolao et Andrea de Schimona, subditis suis, qui postulationem aliquam bonorum hereditariorum in Regno Poloniae habent, intercedit et rogat, ut causam eorum ita regi commendet et promoveat, ut bona sua, quae illis iure hereditario competit, « sine maiori rerum suarum iactura, sumptibus atque dispendiis consequi » possint.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 374-375.

N. 1492.

Ioannisburgi, 4.II.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Woysławski, canonico Varsaviensi et Plocensi,*

*Matthaeum Spineck, subditum suum, commendat, qui in Masovia in oppido Wizna domum pro 14 sexagenis vendiderat, 10 sexagenas acceperat, 4 vero una cum equis et curru a consulibus Wiznensibus immerito retentae sunt; rogat, ut causam eius apud dictos consules ita promoveat, « quo et residuam summam 4 sexagenarum et equos suos una cum curru sine maiori rerum suarum iactura atque dispendio consequi possit ».*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 378-379.*

N. 1493.

Ioannisburgi, 4.II.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Henrico Storch et Ioanni Graff (in ms. Gross), civibus Posnaniensibus, de vendendis clenodiis suis, Iacobo Korb, nunc defuncto, olim oppignoratis et de tutela relictorum eiusdem Korb orphanorum.*

(*Germanice*)

*Cfr. El. XLV, NN. 21, 22, 23, 25, 26, 28, 30.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 293-293v.*

N. 1494.

Ortelsburgi, 13.II.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Barbarae Radzanowska, viduae Martini Radzanowski, pro equo eunicho sibi dono misso gratias agit, sed scire cupit, quanti constet, nam gratis eum accipere se non posse asserit; filii eius aula sua longiorem absentiam haud iniquo fert animo et excusationem eius acceptat.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXVI, N. 558.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 379-380.*

N. 1495.

Ortelsburgi, 17.II.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschatz*

*de negotio Ioannis Katzianer se iam Iosto Ludovico Decio scripsisse  
nuntiat; bonum faustumque iter ad regem Ferdinandum ei precatur;  
pro opera et studio in causa sua et marchionis Georgii adhibendo  
gratias agit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVII, N. 261.

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 294.

N. 1496.

Ortelsburgi, 17.II.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschatz*

*nomine Ambrosii Adler et Ioannis Marquardt, subditorum suorum, Ber-  
nardum Pohibel, consanguineum eorum, qui hucusque sibi et marchio-  
ni Gulielmo fideliter servivit, commendat et rogat, ut apud regem  
satagat, quo in aulam regiam accipiatur.*

(*Schedula: de debito suo heredibus Michaelis Meidel persolvendo*).

(Germanice)

Cfr. El. XLVII, N. 267 (*schedula I*).

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 294v-295.

N. 1497.

Ortelsburgi, 18.II.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Kościelecki*

*pro Ioanne Utman, cive Hohensteinensi (oppidi Olsztynek), cui burg-  
gravius Czluchoviensis (Schlochoviensis), oblatum teloneum accipere  
nolens, 20 boves retinuit, intercedit et rogat, ut efficere velit, quo  
subdito suo, post telonei solutionem, iidem boves restituantur.*

(*Sub textu: Simili forma mutatis mutandis ad Stanislaum Dziaduski*)

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 380-381.

Ortelsburgi, 18.II.1538

*Albertus dux in Prussia*

*Iosto Ludovico Decio*

*de negotio Ioannis Katzianer, criminis laesae maiestatis accusato, et de excusationibus eius; de causa sua monetaria in Comitiis Petricovien-sibus nondum tractata; de pecunia marchioni Ioanni procuranda; de negotio Fuggeris cum rege Daniae intercedente etc.*

(*Schedula: pro vino apiano sibi misso gratias agit*).

*Cfr. El. XLVII, NN. 256, 258, 263.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 295-300.*

An<sup>a)</sup> Jobst Ludwieg, den 18 Februarii.

Hannsen Catzianers entschuldigung etc. belangenden.

Wir haben ewer drey schreyben, der erste den achten, das ander den 10 Januarii, das dritt den VII Februarii diss laufendes jhares an uns aussgangen, erst den 12 Februarii alhy zu Ortelssburgk neben zuschickung Hannsenn Catzianers entschuldigung entpfangen. Und seind uns die ersten zwey schreyben von Konigspergk heraufgeschickt, das letzte aber uns durch unsern diener, den Frantzen Rewter, ubergeben. Waraus wir, under andern, das ko.mt. dem fromen ritter herr Sigmunds von Herberstein zu gnaden und gemelten Catzianern zum besten, Nickell Nipschitzenn an ro.ko.mt.<sup>1)</sup> geschickt mit bith, wir wolten uns den handel mit gnaden bevolhen sein lassen, sovil zeit dorzu nemen, das wir jnen lesen möchten lissen und wes wir vor gut, nutz und gerathen jtzedochtem von Herberstein und Catzianern dorin vorzunemen befunden, dergleichen auch ob solche Catzianers handelung billich als crimen lese maiestatis angezogen geachtet und geurteilt werden mochte, unser bedencken euch mit widerzuruckschickung innerhalben dreyssig tagen des berurten Catzianers handelung genediglich mittheylen sambt fernern und breytern ausstrich eingenomen und vorstanden. Nachdem aber uns, wy jtzo angezogen ewere schreyben alsbaldt ankommen, habt ir zu bedencken, wie möglich uns gewesen, ewerem begeren yhn allen puncten nachzukommen, demnach mit gnaden an euch begeren, do nit uns, sonder der langssamen ueber-antwortung der briff ein solchs beyzumessen. Nhu weren wir bestimptem herr Sigmundt vor<sup>b)</sup> Herberstein, den wir vorlangst erkanndt und mit allen gnaden zugethan, yhn eynen weg, ihn andern haissen Cazianern, wiewol unbekanther personen, doch als zu unsren zeiten einen hochbe-rumbthen krigessman, bevorab so ehr yhn merglichen betrubnussen und

beschwerungen stecket, auss christlichem, genedigem und hertzlichem  
mitleidendem gemuet yhn allem zimlichem und erlichem auss betrubnus  
mit rathe und holff zu trost zukhommen wol gewogen. Es ist aber nit  
wenig beschwerlich ihn höhen, schweren und wichtigen fellen, do man  
des eigentlichen grunds<sup>b)</sup> der gantzen handelung, auch der artickell der  
beschuldigung nicht bericht, zu rathen. Dann obwol disse des Catzianers  
schrift, die wir doch vor keyne vorantwortung urteylen und deuten wollen,  
sunder achten, das vilgemelter Catzianer ro.ko.mt. solchs als zum bericht,  
wie sich alle handlung vorloffen und zugetragen, zugeschrieben habe,  
vorhanden, so wil doch auf<sup>c)</sup> solchem einem grundlichen radschlagk zu  
fassen nit genug sein. So dan auss uberschicktem des Catzianers bericht  
von anbegin, wie hoch bekommertich und beschwerlich mit stadlicher  
gemelts Catzianers entschuldigung und anzeigenung seines geringen ver-  
standts und vornemens vor eynen obersten sich gebrauchen zu lassen  
vor ro.ko.mt. angezogen, dorneben aber vermerckt, mit was grossen  
und genedigen erinnerungen, vortrostungen und zusagungen derselbe von  
hochgedochter ro.ko.mt. zu solchem ampt bewogen, do nit weniger dan  
yhm anfang der unvorstandt und das wenig vornemen zu solcher grossen  
und schweren burden ro.ko.mt. erinnert worden. Welchs alles unangesehen,  
er, als ein gehorsamer, getrewer underthan, sein heyl und bestes zu  
vorsuchen fast genotiget und gedrungen, doch mit dissem anhang, wo wes  
vorsehen und nit dermassen, wie sicks geburt, bestelt worde, wold yr  
ko.mt. ein solchs genediglich seyn ungeschicklichkeit zu- und beymessen,  
do er nach vieler handlung, entschuldigung und anderem, auf ro.ko.mt.  
konigliche und genedig vortrostung sich begeben. Zum andern wird auss  
den schriften befunden von anfang bis yns mittel und auch das ende, nit  
kleiner ungehorsam und andere mehr nit wenigere des gantzes hawfens  
fhelle und mengel, welche zu ervorderen ane noth und doch allerley unorde-  
nung mit sich brengen, die durch ro.ko.mt. als den krigesherrn billich  
geendet und gebessert sein solten worden, domit der Catzianer vor  
allem gehorssame leutthe gehabt hette, welche aldo lauts der schrift nit  
ermerckt. Zum dritten, ist der abzug von ime nit allein, sonder fast von  
allen krigsrethe und heuptleuthen gerathen und geschlossen. Aus welchem  
allem, wo dem also, wie wir gentzlich nit zweyfelen, billich bey allen  
vorständigen hoch zu erwogen, wo ungehorsam mancherley nationen,  
furstenthumer und zungen leut zur trenung und uneynigkeit, mangelung  
der profiant, vorfhurung, derjheningen, den mhan zu holff, trost und  
rettung khommen in wegen pessern und steygen und anders vil meheres,  
so hirzu gethan werden kan, befunden, was und wie leichtlich ein oberster  
vor sein person als ein einlitzig mensch mher thun kond ader mocht. Dan  
wes mit gemeinem radt beschlossen, es wort auch von vorständigen nit  
geringschetzig angesehen mussen werden. Wes heut Cazianern begegnet,  
morgen ein gleiches (do doch Gott, der barmhertzige, vorsey) eynen andern

durch Gots straff und vorhengnus gescheen und begegenen mochte. Also auch, das wo dyese schrift, wie vorhofflich, yhm grund der warheit nit anders befunden, dieselbe einer grundlicher entschuldigung nit unenlich geschetzet und geurtelit werden muste.

Und dweyl ro.ko.mt. crimen lese maiestatis anzihen thut, wissen wir mit unsern jtzo bey uns habenden rethen, welche doch yhn kleyner anzall und nit juristen, und ob sie gleich der recht verstendig, doch nit bey iren buchern auf disshmal sein khonnen, nit wol zu schlissen, wes diss fals folgen mochte. Wir befharen uns aber, dweyl auch ewhr personen als dem erfharnen, der recht wisslich, wil leichtlich die keyserlichen recht contra imperatorem aut principem crimen lese maiestatis zulassen und gleichwol durch dissen unordentlichen abzug nit allein ro.ko.mt., sunder auch der gantzen gemeynen christenheit nit ein kleyner nachteyl entstanden und zugefugt. Es mochten villeicht leut sein, die diesen hendel dohin zu tzihen sich understunden. Dan dysse Catzianers sache und handlung mit recht ausszufhuren wold bey uns ein gross bedencken haben. Jdoch, so lassen wir uns vorduncken die oben ermelte und angezeigtthe yhn des Catzianers entschuldigung eingeleibte ursachen, als nemlich seynes unvorstandes entschuldigung ro.ko.mt. zusag und vortrostung der gehorsam als eins underthans, do er zu dem ampt eins obersten vast genotiget und gedrungen der ungehorsam, uneynigkeit und anders, so Catzianern yhn dissem zug begegnet, solten ime bey ro.ko.mt. nit eynen kleynen behelf geben, bevorad dieweyl ein itzlicher konig und sunderlich so ein gewaltiger, der mher dan ein konigreich hab, wissen sol, wes s.mt. vor obersten setzen und ordenen, wie die geschickt ader ungeschickt, auch wie demselben von den krigsseleuthen gehorsam und folge geschafft, derglichen auch mit aller anderer zubehorigen notturft versorget und vorsehen worden soll. Und dieweyl sich Catzianer zu wenig darzu erkandt, sein entschuldigung angezeigt, welche ko.mt. angenommen, darauf konigliche und genedige ader anderer boser vordochtlicher stuck, welche demselben aufgelegt werden nit khennen, ungezweyfelt aus Gots vorhengnus und straff, ein solcher unfall begegenet, so wer billich, das sich ko.mt. iren eygen wissenschaft, vortrostung und zusag erinnerete und den schaden nit allein gantz und gar auf vil gemelten Catzianer, dieweyl ehr seynem schreyben nach, wes ehr gethan mit radt, guthbeduncken und beschluss aller heuptleut vorgestellet und gehandelt, gehen lissee. Des wer unser bedencken, wo die zeit so eylendes vorlaufen nit thette, das mhan die artickel der beschuldigung stellen thette und sich bey den gelerten juristen und andern vorstendigen radts erholte. So mochten alsdan nach erholten rath sich disputaciones, red, bewegen gegen rede, und

wider bewegen auf vieles vorlegen und bewegen, der man jtzo so clar nit sehen kondt ursachen, das villeicht etwas dem gutthen man ersprisslich folgen thette. Ehe aber solchs alles gescheen und wes vorteils ader nachteyls auss dem rechtgange folgen wolte, erspuret, mochten dannacht Catzianern allerley beschwerung zu befahren sein. Sold er aber das krigssrecht welen, so seind wir mit unsren rethen also gefast, das wir alle des kriges vorgessen und pitten Gott, den almechtigen, das es uns darzu nit gelange, das wir es wider lernen mussem. Zudem so ist unser vornemen yhn den hendel vil zu gering yhn bedencken, das die krigessrecht underschiden und es an eynem ort anders, wan am andern zu halten gepflegen. Uber das so ist uns unwissendt, wy man die abtzoge bey disser ytzigen weld und newen krigssleuthen, do dan vil enderung eingefhuret, vornympt. Wie es aber vor alters gehalten und gebraucht, ist uns wisslich, Catzianer und sein gantze erliche freundschaft sampt andern vielen erlichen bider lewthen, der dausen zu land, Gott lob, yhn merglicher anzal zu finden, des gutt wissen haben, also das wir den wissenden zu erynnern ane noth achten, zweifesan dweyl sich oft gemelter Catzianer selber vor das krigsrecht berufen, er als ein erfharner krigssman mitsampt seyner freundschaft word dissen handel yhn andere wege wol bedocht haben, wo nit vortheils doran sich zu vorhoffen. Nachdem aber wir alle menschen gebrechlich und nit ihn unsren selbst, sunder Gots handen seind und stehen, er auch nach seyner gottlichen allmechtigkeit hewte uns das hertz geben, morgen widerumb nemen khan und mag und solchs nit allein einer eynichen person, sunder auch eynem gantzen heer und haufen, wy dissen ro.ko.mt. haufen und krigssvolck yhn dissemm fhall zum teyl durch mangelung der profiant, abgang vormogender pferd und anderer unordenung nit vil anders gescheen sein mochte, so deucht uns nicht ungeraten sein, das Catzianer und sein gantze erliche freundschaft die mittel und wege suchen thetten, damit bestimpter Catzianer nurt auss ko.mt. ungenade durch vorbiet und andere wege, wie sie dem zu thun werden wissen, auch solcher gestalt gewircket, wo andere zu seyner person eyniche zu= und anspruch haben wolten, das er derwegen jederzeit zu gutther genuge rede und antwort geben thette. Und uns deucht, das irer ko.mt. ein solchs uns sovil weniger unvorweisslich sein moch zu beliben. Dweyl befunden, das (wie dy fligenden rede gehen) auch andern ob sie nit oberste, doch gleichwol mit bevelich haber gewessen, ein solches auss koniglichen gnaden zugelassen, so doch nit vormutlich, warumb Catzianer disfals herther dan andere gehalten solt werden. Auch das ko.mt. nit so ein milder und gnediger konig gegen derselben dyner sich finden lassen solt, das s.mt. vor ir person den handel nit treyben thette, dweyl doch, wo der Catzianer nit wol gehandelt, leut sein, die in anspruch erlassen nit worden. Dann wo yhn andere, wie gedocht, ansprechen thetten, kond ko.mt. nit beygemessen werden, das

dieselb auss andern bedencken, ader auch ungenaden ein solchs vorgenomen, wormit s.mt. bey menniglich den rhun erhalten worde. Und dieweyl unsers vernemens die handlung in werck sein werde, zu welcher Nipschitz vorlangst gereth abgereyset, so ist an euch unser genediges synnen und begeren, wes yhn dissem handel jderzeit vorlaufen wird und euch zu handen gelangt, ir wold uns ein solchs gutwillig mitzuteylen, desgleichen Nibschatzen diesen unsern rathschlag bey zufhelliger botschaft zu ubersenden, weyl wir ime solchs zu gescheen in unserm schreyben auch vormeldt, nicht nachlassen. Dan so wir vilgedochten Catzianer sampt seyner erlichen freuntschaft vil genediges gutts willens mit rathen und helfen yhn allem zimlichen und erlichen erzeigen und beweysen khonnen, wollen wir uns iderzeit als der genedige herr finden lassen.

Das unser muntzhandel auf dem peterkawisschen gesprech nach nicht gedocht, haben wir gantz gern gehort. Wollen zu Gott hoffen, er sol sich selbest zu thode blutten, sunderlich dieweyl aus ewerem schreyben vormerckt, das die leut, so yn treyben, des handels gantz keynen bericht, und send zweyfelsfrey, es werde der handel also gefunden werden, das meniglich zu spuren, das erbarlich und aufrichtig dorin gehandelt sey.

Der dargelihenen 2000 gulden halben thun wir uns mit gnaden bedancken, wollen auch dy recognition daruber zu geben uns nit beschweren. Was aber unsren etc. vettern, den marggraffen Johanssen von Brandenburg treffende ist, begeren wir mit gnaden, dieweyl wir seyner lieb zugesagt, und die abrede, die euch auch zweifelsan nicht unbewust sein, vermogen, das seyner lieb solche III tausent gulden zu Posenn gegen gepurlicher quitantzen, dorin uns s.l. aller zu= und anspruch quitiren und losszelen thete, hinder eynen radt sollen erleget werden. Ir wollet uff die mittel gedencken, das sein liebe die ernante summa uff die verheyschene zeit gewisslich erlangen und wir einmal von solchen schulden khommen mögen. Was auch an kunftiger, osterlichen bezalung, als nemlich die XI<sup>c</sup> mark lauts ewers schreybens überig, solchs wollet bey euch behalten und an den II<sup>m</sup> fl, so yr dem herrn von Posenn uff unser begeren gegeben, abkurtzen. So wollen wir euch alsdan von wegen des überigen, so wir von dem schlegsschatz inen zu behalten bedacht, unsere recognicion und vorsicherung zu überreichen mit gnaden geneigt sein.

Den fuckerischen handel belangendt, sein wir der schriften lauts euers schreibens gewertig, und so solche an uns gelangen, wollen wir ihn allen moglichen an unserm vleisse nichts erwinden lassen. Wir hetten auch ewer person und ankunft zu allerley, sonderlich des fuckerischen handels halben, weyterer nodturftiger undterredung bey uns wol leiden mogem und gantz gerne gesehen. Dieweyl es aber auss etzlichen vorhinderlichen, ihn eweren schreyben zum theyl gemelten ursachen, dissrnals vorplieben,

mussen wirs auch Gott und der zeit bevelhen, doch nichtsdestweniger ewer weyterer schrift disfals gewartende.

Euer gehabten muhe mit bestellung der fladern und mustatellers, nichts weniger der furderung, unserm diener Thomas Meurer von unsertwegen gutwillig geleyst etc., desgleichen der angehengten zeitungen und dienstlichen erbietens, sein wir gegen ewer person mit allen gnaden danckbar. Wollen auch solchs alles uns von euch zu gutem gescheen hinwider mit gnedigem willen abzunhemen zu erkennen und zu vorgleichen yhn keyn vorgessen stellen, mit genedigem begeren, ir wollet uns den muscatel ins erste moglich daneben, wo es gescheen macht, ein lagel guts revals bestellen und uns neben den muscatel zuschicken. Was auch den eingelegten versigelten und yhn unsere eigene handt uberschrieben zedtel belangt, ist unser genediges synnen und begeren, uns lauts eingelegtes zedeln unserer handschrift, wes des alles weyter an euch gelanget, auch gutwilliglich mitzutheylen und zu erkennen zu geben. Das alles haben wir euch, den wir gotlichem, gnadenreichen schutz seliglich bevelhen thun, uff ewere schriften ihn antwort genediger, bester wolmeynung nicht verhalten wollen. Datum Ortelsburgk, den 18 Februarii.

#### Cedula

Gleich, als wir ihn abfertigung dieser brief gewest, ist unser diener Thomas Meurer mit dem muscatel und überantwortung ewer schrift alhie bey uns ankommen. Thun uns demnach gegen euch solcher zusendung mit allen gnaden bedancken, wollen uns auch, was derselb gestehet, mit euch dorumb genediglich vorgleichen. Es hat uns auch berurter unser diener bericht, das yr den flader über landt biss an die grenitzen, vandannen wir in verner annemen solten, fassen zu schicken bedacht. Nu deucht uns, den flader mit eyнем solchen uncosten zufhuren nicht geraten, angesehen das numehr unsers vorsehens die Weychsell sich offnen soll. Ist hirumb unser genediges synnen und begeren, ir wollet solch flader uff der Weichsell mit den ersten flössen biss gen Danntzigk, doch vor nasse und verwechselung wol verwart, schicken, und uns, bey wem und wo wir in zu Danntzke zu fordern und zu entpfahen haben lassen, verstendigen. Wollet auch unbeschwert sein, uns, wes des muntzhandels halben weiter furfelt, zu verstehen zu geben. Wan auch die konigliche botschaft ver mog ewers schreybens derwegen bey uns ankompt, sol euch auch solche handlung von uns vorstendigt und nicht verhalten werden etc. Datum, ut ihn literis.

Commissio Principis propria.

Cancellarius.

a) *in margine*: Jobst Ludwig.

z) *sic in ms.*

b) *sequitur expunctum*: des.

1) *Ferdinandus I.*

c) *supra lineam*.

Ortelsburgi, 19.II.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Henrico Gotsch ab Herzigswalde*

*pro missis novitatibus gratias agit et alia nova, praesertim de eis, quae  
in Comitiis Petricoviensibus geruntur, sibi perscribi petit; de episco-  
patu Cuiaviensi Lucae a Górkä oblato gaudet.*

*Cfr. El. XLVII, N. 260.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 300v-301.*

An<sup>a)</sup> Heinrichen Gotzschen<sup>b)</sup>, den 19 Februarii.

Thut bedancken der newen zugeschickten zeitung.

Unsern grus und genedigen willen zuvorn.

Edler und erenvhester, besonder lieber.

Wir haben ewer schreyben, des datum stehet Peterkaw Montag nach  
sant Paul diss jtzigen jhars, dorinne yr under anderm, wes sich auf  
jtzigen landtag zu Peterkaw zugetragen, anzeigen, neben vermeldung etlicher  
newer zeitung entpfangen und seynes ynhalts lesende eingenomen. Thun  
uns hirauf solches anzeigen und uberschickung der newen zeitung gantz  
genediglichen gegen euch bedancken mit genedigen ansynnen und begeren,  
ir wollet uns weiter, wess sich auf dem landtag fur gesprech und sonst  
allenthalben newes zutregt, schriftlichen anzeigen und uns bey allen  
ko.mten als der getrewe diener (wie wir uns ane das gentzlichen zu euch  
versehen) wol aussrichten und jder zeit unser bestes bey inen wissen.  
Diss seint wir hinwiderumb euch yhn allen gnaden zu erkennen geneigt.

Und nachdem ir auch yhn ewerem schreyben anzeigen, wie der alt her  
von Posenn<sup>1)</sup> umb das bishumb yn der Coye stehet, als wollen wir  
euch genediger meynung nicht bergen, das jtzundt der edle und erenvheste,  
unser besonder lieber Achacius Zceme, danntzker kastellan, erbling zu  
Krissburg und heuptman uffm Sthumb, bey uns gewest und angezeigt,  
wie ime solch bistumb zugesagt sein sol. Darzu wir dan ime von Gott  
vil glucks, heyls, Gots gnaden und alle selige wolfart thun wunschen.

Was die VI huben zu Besslin, dorumb ir uns Fabian Zceme zum  
besten gebeten, anlangt, zweyfel wir nicht, ehr treget gut wissen, das  
ehr Achacius Zceme etc. sein bruder dieselben VI huben jtz wider und  
yhn besitz hat; derwegen uns solche bissher zu vergeben nicht geburen  
hat wollen. Nachdem aber gemelter Achacius Zceme bey uns alhie  
gewesen, haben wir uns mit ime solcher VI huben halben beredt. Dieweil  
wir dan befinden, das ehr domit seynem brudern mit diesen huben  
geholfen zufriden, so wollen wir auch uff ewer jtziges vorbitlichs erinnern

und yhn ansehung, das wir ehrn Achacio und Fabian Zcemen, die uns auch yhn vil wege dynen, mit sondern gnaden gewogen, yhm die VI huben genediglichen geben und zustellen lassen. Diss haben wir euch auf ewer schreyben (als dem wir mit besondern genaden gewogen) hinwider vermelden wollen. Datum Ortelssburgk, den 19 Februarii anno etc. 38.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
M. Falckenhain.

- a) *in margine*: Heinrich Gotzschen.
- b) *supra lineam pro verbo expuncto*.
- 1) *Luca a Górką*.

N. 1500

Ortelsburgi, 20.II.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, de recuperata valetudine eius gaudet et una cum uxore sua eum salutat; formam cautionis vel recognitionis de pecunia ei mutuo data prudentiae et fidei ipsius relinquit.*

*(Schedula: causam Ioannis Rabe, subditi sui, coram rege a Georgio Locka accusato, commendat).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVI, NN. 557, 562.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 382-385.*

N. 1501

Ortelsburgi, 20.II.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Ioanni Chojeński] et Lucae a Górką, palatino Posnaniensi, de exercitu regis Ferdinandi in Hungaria a Turcis devicto ac superato et de multis captivis in Turciam abductis nuntiat; consilium proponit, quomodo eiusmodi christiani captivi e captivitate Turcica liberari possint.*

*Cfr. El. XXXVI, N. 561.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 385-391.*

Scribit de Ferdinandi exercitu a Thurcis caeso. Item proponit consilium, quomodo miseri et a Thurcis capti nobiles redimi ac in pristinam libertatem restitui facile possint.

Obsequia etc.

Accepimus Reverendissimae Paternitatis Magnificentiaeque Vestrae literas, nobis per puerum hunc nostrum praesencium exhibitem nuper transmissas, quae nobis adeo non ingratae fuerunt, ut etiam illae nobis fuerint gratissimae. Proinde cum iam iterum oportunam ad Reverendissimam Paternitatem Magnificantiamque Vestram scribendi occasionem nacti essemus, noluimus praetermittere, quin vel salutandi solummodo gratia has nostras ad Reverendissimam Paternitatem Magnificantiamque Vestram literas daremus. Quod vero Reverendissima Paternitas Magnificentiaeque Vesta nobis tocies studia sua paratissima obferunt, agimus illis gratias sane quam maximas. Non omissuri, quin parem vicissim vel cumulatiorem aliquando gratiam referamus.

Caeterum Reverendissimam Paternitatem Magnificantiamque Vestram cerciores reddimus, nos pro certo comperisse (id quod Reverendissimam Paternitatem et Magnificantiam Vestram ignorare haud arbitramur) Serenissimi Romanorum, Hungariae ac Boemiae Regis, Domini Ferdinandi, exercitum in Hungaria a crudelissimo christiani nominis hoste praeteritis temporibus misere oppressum, devictum ac superatum esse. In qua quidem pugna non modo multi ex claro altoque stemmate orti homines periere, verum etiam maior pars horum, sicuti ad nos relatum est, capta atque in Thurciam deducta est. Ex quo nuncio, praesertim cum id ipsum universae Reipublicae Christianae non modicum damnum et excium adferat, quantam tristiciam animique nostri perturbationem ceperimus, nulla epistola satis exprimere possumus. Verum cum istud nunc, quod sane Christi fidelibus multo aliter evenisse ex animo optaremus, mutare nequeamus, cogimur id ipsum una cum illis perturbato admodum ac contristato animo ferre totumque hoc negotium Deo Optimo Maximo commendare. Nihilominus tamen divinam eius clemenciam humillimis praecibus obsecrantes, ut ipse misericors pater et propiciator omnium esse velit, necnon miseros illos homines captos et oppressos liberare ac reliquis omnibus optatam victoriam contra immanissimum Christianitatis hostem clementer concedere dignetur.

Itaque cum re ipsa damnum hoc passum resarcire nequeamus, cuperemus tamen nos una cum aliis, praesertim Nobili ac Generoso Domino Achacio Czeme etc., cum quo ea de re multa ac varia, quomodo scilicet captivi illi atque deducti liberari possint, contulimus, eos praestare, quo, divina voluntate accidente, miseris captivis aliquo saltem modo auxilium adferriri, liberari et ad suos redire possint. Atque apud animum nostrum nullam commodiorem viam seu rationem una cum dicto Domino Czeme etc. invenire potuimus ac illam, quam Reverendissima Paternitas Magni-

ficientiaque Vestra ad christiani nominis gloriam ac utilitatem, pro alta sua et a Deo divinitus concessa prudencia bene animo suo secum perpendere et summis viribus diligenter fideliterque promovere velint. Nempe posteaquam Sacra Regia Maiestas Poloniae, Dominus et avunculus noster clementissimus, in propriis ac tocius Regni Poloniae negotiis oratores suos ad Thurcarum Imperatorem<sup>11</sup> alegare facile possit, an non consultum videretur, si Regia ipsius Maiestas, tanquam clementissimus Rex, oratoribus suis inter alia istud quoque iniungeret, ut de eiusmodi captivis explorandis exquirendisque nullam operam praetermittere et apud Imperatorem Thurcarum aliasque praecibus ac intercessionibus suis tantum efficere velint, ne miseri illi captivi in longinquiores regiones ducerentur venderenturque, sed ut uno atque eodem in loco non disiuncti manerent, quo aere ac pecunia redimi possint, firmam spem concipientes, ipsorum consanguinitates et affinitates istud quoque facturas, ut ex servitute in libertatem pristinam restituantur. Quod si fieret et nonnulli ex his per hoc regium et plus quam christianum auxilium ad suos redirent, non dubitabimus, eos ipsos postmodum sic omnibus viribus conatus atque laboratus, ut Regia ipsius Maiestas reliquique Regni proceres sentire facile possint, se hoc beneficium in ingratis non contulisse. Atque hanc solam quidem ob causam Regia ipsius Maiestas optimam haberet legatos suos in Thürciam mittendi occasionem.

Et cum timendum sit, ne crudelissimus hic hostis, cum ingenti hac sua potencia et vi, quam non exiguum esse cernimus et cui unum quidem caput vel etiam plura resistere non facile possunt, ex hac tam cruenta victoria cordatior factus, grassaturus sit laci et non cessaturus, quin totum Christianum Orbem (nisi summa vi illi resistatur) ad ipsorum interitum et exicum evertat et in suam potestatem redigat, noluimus praetermittere, quin cum praefato Domino Czeme hac quoque de re faceremus verba, ac penes animum nostrum istud excogitavimus.

Posteaquam unius quidem Regis potentia contra tantum et tam potentem hostem non sufficiat, an non ex re et utilitate omnium videretur futurum, si plures Reges, Principes, Electores ac reliqui potentatus statusque Romani Imperii et Christiani Orbis in unum copias suas, subsidium et auxilium contra immanissimum hunc hostem conferendum consilientarent, deliberarent ac penitus sibi proponerent.

Quod si Regiae Maiestati Poloniae, Domino et avunculo nostro clementissimo, et Reverendissimae Paternitati Magnificentiaeque Vestrae ita placeret, videretur nobis ac saepedicto Domino Czeme haud inconsultum, si Regia ipsius Maiestas hoc multorum benevolencium, qui Regiae ipsius Maiestatis ac tocius Regni Poloniae commodum, honorem ac utilitatem nullo non tempore promovere cupiunt, christianum consilium ad nonnullos Principes, Electores ac status Imperii, quos Regia ipsius

Maiestas vellet, tanquam pro sua persona referri curaret atque cum illis postmodum consilium caperet et penitus deliberarent, quo modo quave ratione ad evitandam Christiani Orbis crudelem eversionem, non solum huic tam potenti hosti et tyranno summa vi resisti, verum etiam ille idem in totum deleri possit. Idque, ut Reverendissima Paternitas Magnificentiaque Vestra, si illis ita commodum videbitur, Regiae ipsius Maiestati indicare velint, etiam atque etiam amice petimus. Nec dubitabimus Reverendissimam Paternitatem Magnificentiamque Vestram haec omnia maiori studio atque diligentia promoturas atque effecturas esse. Haec Reverendissimam Paternitatem Magnificentiamque Vestram pro nostro in easdem summo amore in praesencia celare noluimus. Quas in Christo diu foeliciter valere valde cupimus. Datae ex arce nostra Ortelsburg,  
**XX Februarii.** Anno ut supra.

Commissio Principis  
idem audivit legere.  
Hieronymus etc.

*In initio epistolae in margine:* Episcopo Cracoviensi et Lucae Comiti de Gorckaw, **XX Februarii.**

1) *Solimanus II.*

*N. 1502.*

*Ortelsburgi, 20.II.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Lucae a Górką, nominato episcopo Cuiaviensi,  
incerto rumore edoctus de episcopatu Cuiaviensi in eum collato, talem  
dignitatem ei gratulatur et rogat, ut se de rerum suarum statu cer-  
tiorem reddat; pro salutatione per Achatium Czema sibi allata gra-  
tias agit eundemque Czema commendat.*

(Latine)

*Cfr. El. XXXVI, N. 563.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 391-392.*

*Ioannisburgi, 25.II.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Woysławski, canonico Varsaviensi et Plocensi,  
pro Ioanne, plebano in Camilsky (sic in ms.), intercedit, cui subditus  
regius Stanislaus Glinka ex districtu Culmensi «hortulanum suum  
nocturno tempore praeter omnem aequitatem vi abduxit», et rogat,  
ut efficere velit, quo praefatus plebanus hortulanum suum a dicto  
Glinka recuperare possit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 393-394.*

*Barten (Barthen), 3.III.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
exponit rationes et causas, ob quas Francisco Mackowicz (vel Mackiewicz)  
proconsuli et Georgio Cromero civi Cauvensibus merces, utpote  
cineres, ligna, robora et alia per prohibitas vias, flumina, silvas trans-  
portare permettere nequeat.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 394-397.*

Reddit rationem et causam, quare Francisco Matzkowitz. Proconsuli et Georgio Cromero, civibus Cawensis, merces suas, utpote cineres, ligna, robora et alia per prohibitas vias, flumina ac sylvas deducere nolit permittere.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, ex quibus intelleximus ea, quae Francisci Matzkowitz Proconsulis et Georgii Cromeri civis Cawensis, subditorum et negotiatorum Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, causa ad nos scripsit. Nos vero, quamvis non solum hac in re, verum etiam multo maiori Magnificentiae Vestrae gratificari vellemus, tamen mirari satis non possumus, qua de causa dicti Sacrae Maiestatis Regiae subditi audeant talia pro certo coram Magnificentia Vesta proferre, cum tamen res ipsa multo aliter sese habeat, nec certo id affirmare possint, quod illis aut aliis unquam prohibitum fuerit, merces suas per consueta flumina et littora nostra deducere. Nam, quemadmodum apud vos, et praecipue omnibus subditis nostris iuxta relationem vestram omnino

nihil est prohibitum etc., ita<sup>a)</sup> apud nos ac nostros eandem quoque rationem ac modum observari cupimus, dummodo nihil contra antiquos usus, transactiones et consuetudines suscipiatur.

Et quamvis non parum molestiae id nobis attulerit nos hoc modo ab istis ambobus accusari, quasi nos praeter constitutas transactiones et antiquas consuetudines contra Sacram Regiam Maiestatem Poloniae etc., eiusdemque subditos attentare aliquid in animo habuerimus, tamen multo magis nobis molestum foret, si talis fama et querela, utpote falsa et ficticia, ad Regiam ipsius Maiestatem perveniret. Nam quicquid a Capitaneis nostris, praesertim autem Insterburgensi, qui eius rei a dictis regiis subditis accusatur, commissum aut prohibitum fuit, inde habet originem, quod longo iam tempore per praedecessores nostros, ac nos etiam, nulli cuiquam per prohibitas vias, flumina ac sylvas transire aut merces suas transvehere permissum fuit ad vitandam gravissimam indignationem et capitis poenam. Supradicti vero Matzkowitz et Cromerus per prohibitas vias, flumina et littora nostra merces suas, utpote robora, cineres et ligna aliaque vehere cupiunt, quod ne subditis quidem nostris (quamvis sepius eam ob causam requisiti fuerimus), multo minus alienis permittemus. Nam in Ducatu nostro, Maiestatis scilicet Regiae amplissimique Regni Poloniae feudo, omnes antiquas et longo iam tempore usitatas atque receptas libertates, usus atque consuetudines omnino sancte observari volumus.

Quod si saepedicti Matzkowitz et Cromerus merces suas, utpote cineres, ligna et robora aliaque, per eas vias, flumina atque littora, quibus alii utuntur, deducere volent, curabimus, ut non modo a Capitaneis nostris neutiquam detineantur, verum etiam negociationem suam sine ullo impedimento exercere possint. Quamobrem Magnificentiam Vestram amice rogamus, ut illa eiusmodi hominibus falsa de nobis conquerentibus, fidem adhibere neutiquam velit, sed nostram pocius ob recitatas causas excusationem benigno animo recipere dignetur. Sicuti non dubitamus Magnificentiam Vestram haud gravatim istud facturam. Nos dabimus operam, ut Magnificentiae Vestrae in omnibus honestis atque licitis vicissim gratum obsequium praestare queamus. Quam diu foelicem esse cupimus. Datae Barthen, IIII Marcii. Anno ut supra.

Commissio Principis  
ex relatione Cunheyml  
audivit legere.  
Hieronymus.

*Sub textu:* Simili forma mutatis mutandis scriptum est ad Iwanum Harnestaj<sup>b)</sup> et Erasmus Eustachii Canonicum etc.

*In initio epistolae in margine:* Adalberto Gastoldo, IIII Marcii.

a) sequitur q expunctum.

b) Ioannes Hornostaj, M.D.L. thesaurarius.

N. 1505.

Wehlau (Welaw), 4.III.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*capitaneo in Wąsosz (Wagenschos)*

*pro servitore quodam Martini Leyssgwang, subditi sui, qui praeterito tempore ad affines et cognatos suos in Masoviam projectus, in oppido Wąsosz per servitores capitani « nullam ob causam ac immerito » in carcerem coniectus est, unde relicto equo aliisque rebus suis, « Dei solo auxilio liberatus », ad suos rediit, intercedit et petit, ut equum suum aliasque res recuperare queat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 397-398.

N. 1506.

Ragnetae, 26.III.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radziwiłł, capitaneo Samogitiae,*

*pro subdito suo Bonaventura intercedit, ut ei sal suum a Stanislaw Orwid (Orbidano) praeter initas transactiones arrestatum restituatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 399-400.

N. 1507.

Ragnetae, 28.III.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Lucae a Górką, nominato episcopo Cuiaviensi,*

*ei, legato in negotio matrimonii [Sigismundi Augusti cum Elisabeth Austria] a rege nominato et ad regem Romanorum brevi projecturo, negotium quoque suum apud eundem regem promovendum commendat.*

Cfr. El. XXXVI, N. 563.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 400-403.

Primum gratulatur novam episcopatus Cuiaviensis dignitatem, deinde scribit de negocio consentiendi matrimonii et profectione ad Romanorum Regem Ferdinandum. Item commendat causam in tali negocio etc. *Novam episcopatus dignitatem gratulatur (omittitur).*

Caeterum pro certo ad nos relatum est Reverendissimam Paternitatem Vestram brevi, nempe proximo Sabbatho post festum Paschadis, ad Serenissimum Romanorum, Hungariae ac Boemiae Regem<sup>1)</sup>, in negocio confirmandi matrimonii prefecturam esse, ad quam profectionem Reverendae Paternitati Vestrae multum foelicitatis praecamur. Et cum non ignoremus Reverendam Paternitatem Vestram in tali profectione Reverendissimum in Christo Patrem, amicum ac fratrem nostrum charissimum, Dominum Ioannem Episcopum Cracoviensem<sup>2)</sup> etc., nuper in Christo defunctum (cuius quidem obitus quantam nobis tristiciam ac animi perturbationem attulerit, dici non potest, praesertim cum ille idem talis fuerit, qui non modo praeclara sua prudentia atque consilio Sacrae Regiae Maiestati Poloniae etc. ac universo Regno prodesse potuerit, verum etiam multis, praesertim nobis, adeo charus fuerit, ut non sine maximo merore omnium ex hac mortalium vita excesserit, cuius animae Deus Optimus Maximus propicius esse velit), comitem habituram fuisse, nosque eo tunc tempore ad Sacram ipsius Regiam Maiestatem ac dictum iam Episcopum Cracoviensem piae memoriae, necnon ad Reverendam quoque Paternitatem Vestram scripsisse easdemque subdite, amice ac fraterne obsecrasse, quo sibi causam quoque nostram in tali negocio commendatam habere velint, operaे precium nos facturos iudicavimus, si eadem denuo Reverendae Paternitati Vestrae in memoriam revocaremus. Proinde cum Sacra Regia Maiestas Poloniae certo in animum sibi induxit, Reverendam Paternitatem Vestram praenominato tempore dicti negotii causa ad Romanam Regiam Maiestatem ablegare, Reverendam Paternitatem Vestram, uti amicum ac fratrem nostrum charissimum, amice rogamus, eadem dignetur nostrum hoc negocium commode sese oblata occasione Regiae Maiestati Poloniae in memoriam reducere ac postea eam diligentiam apud eandem adhibere, quo nostri quoque ac regionis huius nostrae seu Ducatus Prussiae, Maiestatis scilicet ipsius Regiae feudi, non modo mentio aliqua coram Serenissimo Romanorum Rege etc. fieri possit, verum etiam ut eiusmodi negotia omnia, has Prussiae terras spectantia, antea a nobis petita, in illis sponsalium contractibus comprehendantur, immisceantur atque incorporentur. Sicuti non dubitamus Reverendam Paternitatem Vestram haec omnia maiori studio atque diligentia promoturam atque effecturam esse, quam vel nos eandem eius rei admonere queamus, amice ac fraterne petentes, Reverenda Paternitas Vestra nos non<sup>a)</sup> minori studio atque benevolentia prosequi velit, quam qua nobis olim piae memoriae Dominus Episcopus Cracoviensis etc. fuit coniunctissimus, sicuti Reverenda Paternitas Vestra saepius in literis suis nobis pollicita est, nec alium antea sese praestitit, de quo nullum quoque dubium habemus... Datae ex arce nostra Rangnith, XXVIII Marcii. Anno etc. 38.

### Schedula

Rogamus quoque Reverendam Paternitatem Vestram, ut illa in malam partem neutiquam interpretari nobis velit, si debitum titulum illi non dedimus, maxime cum ignoremus, qualis nunc titulus Reverenda Paternitati Vestrae exhiberi debeat, qua de causa ut illa excusatos nos habere velit, Reverendam Paternitatem Vestram etiam atque etiam amice oramus. Datae ut in literis.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
Hieronymus.

*In initio epistolae in margine:* Ad Episcopum Cuiaviensem, XXVIII Marcii.

- a) *in margine.*  
1) *Ferdinandus I.*  
2) *Ioannes Chojeński.*

N. 1508.

*Ragnetae (Rangnith), 29.III.1538*

*Albertus dux in Prussia*

*Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, parocho et teloneatori Caunensi, pro Ioanne Feyerabent, cive Regiomontano, et aliis subditis suis intercedit hortaturque eum, ut nova et inusitata telonea contra initas transactio-nes instituta, quibus iidem subditi sui vexantur, abrogare velit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 404-405.*

N. 1509.

*Ragnetae, 31.III.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radziwiłł, capitaneo Samogitia, pro litteris, «una cum egregiis muneribus» (quinque equis et duobus canibus) sibi missis, gratias agit et obsequia ac servitia sua vicissim offert.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 405-406.*

N. 1510.

Ragnetae, 6.IV.1538

*Albertus dux in Prussia*

*Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, parocho et teloneatori Caunensi,  
pro Vincentio Lucke (vel Luticke), cive Regiomontano, qui una cum genero  
suo a Ioanne olim Zabrzeziński, (Zabrozsinski, Sabrozinsski) aliquam  
partem silvae ad unius anni spatium coemit, intercedit et rogat, ut  
apud reginam Bonam nomine suo curare velit, quo dictus subditus  
suus una cum genero, etiam post obitum Ioannis Zabrzeziński, in ea  
silva usque ad exitum integri anni ligna scindere ac cineres conflare  
sine ullo impedimento possit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 406-407.*

N. 1511.

Ragnetae, 6.IV.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Bartholomaeo Nowomiejski*

*excusat se, cur ducentos florenos, illi pro frumento debitos, hoc pestis  
saevientis tempore transmittere nequeat, et rogat, ut hanc moram  
aequo ferat animo, pollicens se talem summam ad festum s. Ioannis  
Gedani apud Ioannem a Werden depositurum esse.*

(Latine)

*Cfr. El. XXXVI, N. 564.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 408-409.*

N. 1512.

Ragnetae, 8.IV.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Hlebowicz (Glebowitz), palatino Polocensi,  
litteras eius in causa arresti, a subdito suo Valentino Bestendorff facti,  
se accepisse nuntiat seque excusat, cur hoc tempore plenum respon-  
sum ad eas dare non possit; rogat, ut dilationem causae huius aequo  
ferat animo.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 410-411.*

N. 1513.

Ragnetae, 8.IV.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Iosto Ludovico Decio*

*pro novitatibus sibi missis, praesertim de negotio monetario in Comitiis Petricoviensibus agitato, gratias agit; rogat, ut ex summa 4000 florinorum, sibi a rege quotannis numerandorum, marchioni Ioanni 3000 florinorum, accepta eiusmodi solutionis praescripta recognitione, suo nomine persolvat.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLVII, NN. 263, 266, 273.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 301-302.*

N. 1514.

Cleipodiae (Memmel), 16.IV.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radziwiłł, capitaneo Samogitia,*

*pro opera eius et studio in causa subditi sui Bonaventurae adhibito gratias agit eandemque causam iterum commendat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 411-412.*

N. 1515.

Labiau, 28.IV.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cuiaviensi [Lucae a Górką]*

*episcopatus Cuiaviensis dignitatem iterum ei gratulatur; ad regem Romanorum brevi prefecturo causam quoque suam denuo commendat.*

*Cfr. El. XXXVI, N. 563.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 412-415.*

Scribit officiosas literas. Item de profectione ad Romanorum Regem<sup>1).</sup> Item de contrahendis sponsaliciis etc. Item commendat caussam suam in tali negocio<sup>a).</sup>

Reverende in Christo Pater etc.

Cum Reverendae Paternitatis Vestrae servitor nos iam in redditu suo

ex Muscovia accessisset interrogassetque, an illi ad Reverendam Vestram Paternitatem literas nostras dare vellemus, non potuimus praetermittere, quin veteris nostri amoris summaeque necessitudinis gratia ad Reverendam Vestram Paternitatem scriberemus. Et si Reverenda Paternitas Vestra una cum omnibus suis charis recte foeliciterque valeret, esset profecto id ipsum nobis vehementer gratum. Reverendam Paternitatem Vestram vicissim certiorem facimus, nos una cum Illustrissima Domina coniuge<sup>2)</sup> dulcissimisque pignoribus<sup>3)</sup> ex Dei benignitate salvos ac incolumes adhuc esse. Cui pro ingenti sua ac immensa clementia immortales agimus gratias, eundem summis praecibus obsecrantes, ut nos hac sua divina benignitate porro respicere non dedignetur.

Scripsimus paucos ante dies ad Reverendam Paternitatem Vestram eidemque noviter adeptam episcopatus Cuiaviensis dignitatem gratulati sumus. Cui ob eam ipsam dignitatem (posteaquam eius rei nunc plane certi sumus) tanto maiori cum gaudio et animi alacritate iam et gratulamur plurimum et Deum Optimum Maximum praecamur, ut is ad tocius Republicae Christianae honorem et utilitatem Reverendam Paternitatem Vestram diu superstitem ac incolumem conservare clementer velit. Et quia certo ad nos relatum est atque etiam ex Reverendae Paternitatis Vestrae literis percepimus, Reverendam Paternitatem Vestram cum Reverendissimi in Christo Patris, amici ac fratri nostri charissimi, Domini Ioannis Episcopi Cracoviensis, Regnique Poloniae Supremi Cancellarii<sup>4)</sup> piae memoriae, inhumato corpore ad eius sepulturam Cracoviam versus profectam esse, ubi procul dubio nonnullae episcopatuum in Regno Poloniae existentium mutaciones fient, itaque Reverendam Paternitatem Vestram amice ac fraterne rogamus, ut illa sive in hac sive maiori dignitate pristino suo amore, studio atque benevolentia, prout semper ab ea hactenus factum est, [nos] prosequi non dedignetur. Id quod nos quoque<sup>b)</sup> nullo non tempore studiose facturos pollicemur.

Postremo Reverendam Paternitatem Vestram ignorare haud arbitramur nos aliquoties nunc de profectione, quam Reverenda Paternitas Vestra Serenissimorum Principum, Regum Poloniae, Dominorum nostrorum clementissimorum, gratia ad Romanorum Regem contrahendi sponsalicii caussa etc. susceptura est, scripsisse eandemque commonefecisse, ut nostri quoque terrarumque nostrarum ac subditorum in tali negocio meminisse haud gravatim velit. Quare cum non dubitemus eam profectionem, ad quam Reverendae Paternitati Vestrae plurimum foelicitatis optamus, brevi progressum suum consecutaram, Reverendam Paternitatem Vestram denuo amice ac fraterne oramus, ut eadem sibi causam quoque nostram in tali contractu commendatam diligenter habere velit. Sicuti non dubitamus Reverendam Paternitatem Vestram nostro nomine istud haud gravatim

facturam. Nos dabimus operam, ut Reverenda Paternitati Vestrae vicissim gratum obsequium praestare queamus... Datae ex arce nostra Labiau etc.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
Hieronymus.

*Sub textu:*

Simili forma et mutatis mutandis scriptum est ad Dominum Andream de Gorckaw etc., excepta gratulatione additoque articulo, qui sequitur:

Caeterum Magnificentiam Vestram ignorare haud arbitramur nos aliquoties nunc ac nuper adeo ad Magnificentiam Vestram de profectione, quam Reverendus in Christo Pater, amicus ac frater noster percharus, Dominus Lucas, Nominatus Cuiaviensis, Magnificentiae Vestrae charissimus genitor, Serenissimorum Principum, Regum Poloniae etc., Dominorum nostrorum clementissimorum, nomine ad Romanorum Regem susceptura est, scripsisse eandemque amice ac fraterne rogasse, quo nostri quoque terrarumque ac subditorum nostrorum in tali negocio apud Regiam Maiestatem Poloniae meminisse haud gravatim velit. Quare cum non dubitemus eam profectionem brevi progressum suum habituram, Magnificentiam Vestram denuo amice ac fraterne oramus, ut illa tale negocium nostrum cum Sacrae Regiae Maiestati Poloniae, tum etiam charissimo Domino genitori suo, commendare diligenter velit. Sicuti non dubitamus Magnificentiam Vestram id nostro nomine haud gravatim facturam. Nos dabimus operam, ut Magnificentiae Vestrae vicissim inservire queamus... Datae ex arce nostra Labiau, anno etc. ut supra.

*In initio epistolae in margine:* Ad Episcopum Cuiaviensem, XXVIII Aprilis.

- |                                    |                                 |
|------------------------------------|---------------------------------|
| a) <i>in ms.</i> negotii.          | 2) <i>Dorothea.</i>             |
| b) <i>sequitur expunctum:</i> non. | 3) <i>Anna Sophia et Lucia.</i> |
| 1) <i>Ferdinandus I.</i>           | 4) <i>Ioannes Chojeński.</i>    |

*N. 1516.*

*Labiau, 30.IV.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Alexandro Itłowski, pincernaie Visnensi et capitaneo Latovicensi,  
nuntiat se capitaneis suis severe mandavisse, ut iuxta tenorem con-  
tractuum utrinque initiorum iustitiam indilatam ei administrarent et  
colonos in Ducatum Prussiae profugos sine mora restituerent.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVI, NN. 566, 571.*

*Ostpr., Fol., vol. 50, ff. 415-417.*

*Labiau, 3.V.1538.*

*Albertus dux in Prussia  
consiliariis Magni Ducatus Lithuaniae  
causam Valentini Bestendorff, subditi sui, a palatino Polocensi, Ioanne  
Hlebowicz, variarum iniuriarum sibi et subditis suis illatarum iniuste  
accusati, prolixius refert et commendat.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 417-424.*

Respondet ad Consiliariorum et Ordinum Magni Ducatus Lythuaniae literas, spectantes totam causam Valentini Bestendorff etc. Item commemorat totum negocium, prout est gestum.  
Obsequia nostra amica et quidquid grati praestare possumus, salutem et benevolentiam nostram.

Reverendi in Christo Patres, Magnifici ac Generosi, Amici Fratresque nostri charissimi.

Reverendarum Paternitatum et Magnificentiarum Vestrarum literas, VI Ianuarii Vilnae datas, vigesima tercia Marcii praesentis huius anni accepimus. Ex quibus intelleximus ea, quae Magnificus ac Generosus Dominus Ioannes Glebowitz, Palatinus Polocensis et Magni Ducatus Lithuaniae Marschalcus, molesto admodum animo super subditum quendam nostrum, Valentimum Bestendorff, conqueritur, praetendens, quod is Magnificentiae Suae suorumque subditorum a Taurogen ligna aliasque merces in civitate nostra Regiomonte praeter omnem aequitatem, ius gencium et iurata foedera, necnon et sine ulla iuris cognitione arrestaverit et sub arcto arresto<sup>1)</sup> posuerit. Cum tamen ille idem iusticiam, prout literae perpetuae pacis in se continent, nunquam quesierit ac illi aliisque nostris subditis ius nullo tempore denegatum sit, atque in eo subditum nostrum non fuisse contentum, sed dicti Domini Glebowitz nuncios contra ius gentium in hospiciis detinuisse. Qua de causa nos a Reverendis Paternitatibus et Magnificentis Vestris rogamus et admonemus, ut ad conservandam perpetuam pacem et bonam vicinitatem iuramentum, quod praestitimus, ad memoriam revocare ac ne talia de cetero fierent, severe subditis nostris prohibere, et ut liberae essent res et merces praefati Domini Glebowitz, consulatu nostro Regii Montis iniungere ipsumque Valentimum Bestendorf pro huiusmodi ausibus poena condigna punire vellemus. Et si quid iniuriae praetenderet, ut iuxta continentiam literarum pacis perpetuae, apud Dominum Palatinum et in defectu apud Reverendas Paternitates et Magnificentias Vestras complementum iusticiae peteret etc. Prout Reverendarum Paternitatum et Magnificentiarum Vestrarum literae lacijs in se continent.

Quod autem nos Reverendis Paternitatibus et Magnificentiasque Vestris non cicius ad literas suas responderimus, iis potissimum de causis praetermissum est, quod propter pestilitatem aeris hoc tempore penes acta nostra Cancellariae, quorum hac in causa cognitionem habere summopere necessarium erat, et quod apud civitates, ex quibus rem, prout sese haberet, certo cognoscere licuisset, esse neutiquam potuerimus. Rogamus itaque Reverendas Paternitatis Magnificentiasque Vestras, ut nos ob recitatas causas benigne et amice excusatos hac in parte habere non dedignantur.

Et quamvis optime adhuc in memoria teneamus, praeterito millesimo quingentesimo trigesimo septimo anno, tertia Februarii, Reverenda Paternitati Vestrae, utpote Episcopo Vilnensi<sup>a)</sup>, per famatum ac circumspectum Amandum Hemmerleyn piae memoriae, consiliarium et aulicum nostrum, tocius huius causae scripta et acta Vilnae tradita et oblata esse eamque potissimum ob causam, ut Reverenda Paternitas Vestra haec omnia reliquis quoque Magni Ducatus Lythuaniae amplissimis ordinibus significare ac nota facere possit, in quo adhuc acquiescimus, tamen Reverendas Paternitatis Magnificentiasque Vestras ignorare nolumus, posteaquam aliquot cerae una cum praedicti Domini Glebowitz servitore et summa quadam pecuniarum<sup>b)</sup> in civitatum iudiciis arrestatae sunt, nos quam primum eius rei certiores facti sumus, eam arrestacionem ad Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi et avunculi charissimi, necnon Reverendarum Paternitatum Magnificentiarumque Vestrarum obedientiam, honorem ac gratiam liberam fecisse. Et quamvis saepedicti Domini Glebowitz servitori, Iwanschantowitz, libere facta arrestacio earum rerum omnium annunciatatur, tamen ea omnia ad se recipere noluit, sed in hunc usque diem pro parte ibidem relicta sunt.

Porro non omittendum duximus, quin Reverendis Paternitatibus Magnificentiasque Vestris eas quoque iniurias, quae supradicto subdito nostro, Valentino Bestendorf, per Domini Glebowitz servitorem, Iwanschantowitz, saepius illatae sunt, et super quas a Domino Glebowitz nullam unquam iusticiam consequi potuit, indicaremus.

Primum retulit dictus subditus noster, se MDXXXI<sup>c</sup> anno a Nicolao Iwanschantowitz, tenutario Taurogensi, cum consensu ac voluntate Domini sui XII<sup>c</sup> ligna, vulgo Wagenschos appellata, emisse venditoremque illi promisisse, se ea ligna absque theloni exactione ac sine ullo impedimento aut damno colligata ex Samogithia deducturum traditurumque illi; quod ab eo factum non est, sed eiusmodi ligna in Rangnith detenta et arrestata, postea per seviciam et potentiam aequem<sup>c)</sup> huc atque illuc agitata, dispersa et ablata sunt.

Secundo narravit ille idem nobis, sibi Bartholomeum Lubener, civem Tauroensem, in Christo defunctum, centum et octodecim marcas magnas

obligatum fuisse, pro qua debiti summa ei adhuc in vita sua<sup>4)</sup> XX<sup>c</sup> Wagenschos dedit. Quae ligna Nicolaus Iwanschantowitz post obitum ipsius Bartholomei Lubener subdito nostro summa vi ac praeter omnem aequitatem ademit atque retinuit, quibus in hunc usque diem caruit. Et quamvis praedictus Bartholomeus Lubener testamentum instituerit, in quo illud quoque fuit incorporatum, si subditus noster ligna sua consequi non posset, ut ille ex bonis ipsius defuncti et prompta pecunia persolveretur, tamen posteaquam Nicolaus Iwanschantowitz eiusmodi reicta bona adeptus est, subditus noster non modo debitum suum liquidum, utpote centum et octodecim marcas magnas, ab eo neutiquam consequi, sed ne ligna quidem sua pro tali debito servare potuit.

Tertio addidit illud quoque se praeterito tempore a Georgio Stanislawawitz<sup>2)</sup> in Samogithia sylvam emisse, quae post decessum ipsius patris ad illum tanquam naturalem haeredem pervenit, in qua subditus noster V<sup>c</sup> Wagenschos, XL asseres et medium sexagenam Klapholtz scidit. Quae omnia ligna saepenominatus Nicolaus Iwanschantowitz illi praeter omne ius et aequitatem, cum tamen nihil debuerit ei, huiusmodi quoque ligna in ipsius sylva non laboraverit, accepit atque ademit, cuius rei illi Georgius Stanislawawitz una cum fratribus suis publicum testimonium sigillo suo confirmatum dedit. Quas omnes iniurias subditus noster a Nicolao Iwanschantowitz perpessas saepius non modo per se, sed etiam procuratores suos gravi cum dispendio, sumptu ac rerum suarum iactura coram Domino Glebowitz conquestus est, iusticiam ipsius implorans ac restitucionem bonorum suorum postulans. At subditus noster non modo nullum ius nullamque iusticiam ab eo consequi potuit, verum etiam minas illi indixit hoc modo, ut si hos duos subditos nostros, Valentimum Bestendorff et Simonem Baumgart, nancisci possit, quod eos ipsos suspendi et laqueo strangulare mandare vellet etc. Itaque cum subditus noster, propter illatas sibi iniurias, nullum prorsus ius aut iusticiam habere potuit, coactus fuit ille idem, summa necessitate ita postulante, ius et iusticiam alio modo aliisque in locis, dum apud Dominum Glebowitz impetrare non potuit, quaerere easque vias aggredi, quo tandem subditus noster propter tantam iniusticiam et illatas sibi iniurias ad summam paupertatem redagi non queat. An iniuste nunc illud et adversus transactiones actum sit, id Reverendis Paternitatibus Magnificentisque Vestris diiudicandum relinquimus.

Quod autem ad arrestacionem lignorum attinet, accepimus a subdito nostro eam relationem, quod post tot temerarios ausus et illatas iniurias, quas omnes subditus noster pacienter ferre coactus fuit, Nicolaus Iwanschantowitz aliquot ligna versus Regium Montem misit, in quibus subditus noster signum suum reperit impressum, eaque ligna dictus subditus noster non ut aliena, sicuti natura arrestacionis postulat, sed dum signo suo notata fuere, tamquam propria, iuxta iuris et consuetudinis

rationem iuridice sibi adscripsit et vendicavit. Qua de causa Nicolaus Iwanschantowitz subditum nostrum Valentimum Bestendorff in ius vocavit. Atque ibidem coram iudicio stipulata manu promisit se finem ac exitum ipsius caussae expectaturum. Quod ab eo factum non est, sed clam sese subduxit atque ita promissis non stetit. Cum ergo contra ius actum non sit, sed ipsa iura multo magis suadeant, iubeant atque permittant, ut unusquisque suum, ubi et apud quem invenerit, iure sibi vendicare et repetere possit, ipse quoque Iwanschantowitz proprietatem lignorum et quod eiusmodi sua<sup>d</sup> signa sint, ostensurum sese ultro in se receperit promiseritque et tamen in hunc usque diem nondum fecerit, Reverendae Paternitates Magnificentiaeque Vestrae facile penes animum suum dijudicare poterunt, quomodo talia ligna ex tam iusta subditi nostri postulatione sint liberanda.

Praeterea rogamus, ut eaedem amice diligenterque considerare velint, nos neutiquam adversus transactiones et iuramentum nostrum, sicuti a Reverendis Paternitatibus Magnificentiaeque Vestris iniuste inculpamur, egisse, sed multo magis haec omnia nos servare voluisse. Et ut illae nos ob omnes recitatas causas benigne excusatos recipere et omnibus querelis atque relationibus tam facile fidem adhibere, nosque posthac huiusmodi inculpationibus incessere neutiquam velint, etiam atque etiam amice petimus. Nihil enim (ita nos Deus bene amet) unquam magis in votis habuimus, quam constitutos contractus et literas perpetuae pacis illibate inviolabiliterque servare.

Quod Reverendas quoque Paternitates Magnificentiasque Vestras similiter facturas, firmiter speramus. Attamen, quo Reverendae Paternitates Magnificentiaeque Vestrae sentire tandem queant, nos illarum voluntati ac desiderio refragari iusticiaeque adversari neutiquam velle, promittimus hisce praesentibus et pollicemur nos curaturos mandaturosque, ut omnia arrestata bona, tam merces quam ligna, quae Nicolaus Iwanschantowitz signo suo signata sua esse ostenderit et satis firmo testimonio probaverit, illi libere restituantur. Hac tamen condicione<sup>c</sup>, ut Reverendae Paternitates Magnificentiaeque Vestrae nobis vicissim promittant sigillisque suis confirment se quoque curaturos, ut et subditus noster salvum christianum conductum a Domino Glebowitz eius Magnificentiam accedendi et ab ea iterum recedendi habere et iusticiam indilatam super tenutarium suum Taurensem, Nicolaum Iwanschantowitz, aliosque subditos suos consequi possit. Nam alias quominus subditus noster bona sua repeatat ac iure sibi vendicet, nullo pacto illi prohibere possumus. Haec Reverendis Paternitatibus Magnificentiaeque Vestris ideo significanda duximus, ut et rem, prout sese haberet, certo cognoscerent et culpam in nobis aut nostris subditis neutiquam haerere perdisserent. Quas diu sanas et salvas esse cupimus. Datae arce nostra Labiaw, III May 38.

*Sub textu:* Simili forma mutatis mutandis ad Regem Poloniae et Ioannem Glebowitz.

Commissio Principis propria.  
Hieronimus.

*In initio epistolae in margine:* Ad Lythuaniae Consiliarios etc., III May.

- a) *in margine.*
  - b) *sequuntur verba expuncta: in summa quādam pecuniarum.*
  - c) *correctum ex: aequae.*
  - d) *supra lineam.*
  - e) *sequuntur verba expuncta: ut Regia Vestrā Maiestas vicissim Domino Glebowitz mandare atque curare velit et in margine, item expuncta: Reverendae Paternitates Magnificenciaeque Vestrae nobis vicissim promittant.*
- 1) *Petrus Holszański.*
  - 2) *Kiežgajło.*

N. 1518.

*Cleipodiae (Mymmel), 3.V.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschitz*

*exempla litterarum regis et statuum ac ordinum Lithuaniae sibi missarum, necnon responsorum suorum ad eiusmodi litteras datorum transmittit, ut res tota clare pateat ac omnibus manifestum sit se in hoc negotio omni carere culpa.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 302-302v.*

N. 1519.

*Neuhausen, 5.V.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschitz*

*se litteras eius de negotio Ioannis Katzianer et excusationem eiusdem in carcere factam accepisse nuntiat; rogat, ut litteras suas Paulo Wolski scriptas ei ad manus porrigat et negotia sua commendet; transmittit etiam litteras suas marchioni Georgio destinatas et rogat, ut eas illi pervenire faciat; vestes aulicas (hoffkleidung) per Iostii Ludovici Decii servitorem mittit.*

*Cfr. El. XLVII, N. 267.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 302v-304.*

An<sup>a)</sup> Nickell Nibschtz, den 5 May.

Ehren Hansen Katzianers handelung und verantwortung etc.; thut  
ime die hoffkleidung bey Jobst Ludwigs diener ubersenden.

Unsern grus zuvor.

Erbar und erenvhester, lieber, getrewer.

Wir haben dein schreyben neben zusendung ehren Hannsen Katzianers  
andere, auss dem gefencknis gethane entschuldigung und verantwortung,  
entpfangen und den inhalt (one nodt zu erwideren) verlesen und verstanden.  
Weyl du dich dan bemelten Catzianer zum besten yhn solche undter-  
handlung mit hohem furgewendtem vleisse eingelassen, aber nichts  
fruchtbarlichs darinne aussgericht, tragen wir des, das ehr bey romischer  
koniglicher mt.<sup>1)</sup> über solche so tapfere verantwortung etc. so wenig stadt  
und gnade erlangen mag, nicht gering, sonder treulichs und gnedigs  
mitleiden. Und hetten wol verhofft, romische ko.mt. sollte ime in ansehung  
seyner langen gethanen dienst und der entschuldigung, welche dennacht  
sich nicht geringe ansehen lest, mehr gnade erzaigt haben. Dan hieneben  
wol zu betrachten, wo ehr sich von romischer ko.mt. auch auss seynem  
vaterlande gegebe, das ehr seyner ko.mt. und auch der gemeynen chris-  
tenheit (wiewol wir inen vermog der verantwortung vil eins anderen gegen  
hoch gedochter ro.ko.mt. und der christenheit gewogenen gemuets vermer-  
cken) dennoch nicht wenig verdienien könnnt. Weil ehr aber also in anmer-  
ckung der grossen ungnade sein heyl und bestes gesucht, wollen wir nicht  
zweifelen, Gott der almechtige werde die wege beiden, romischer ko.mt.  
und auch Katzianern, treglich und leidlich, furnemlich aber gemeyner  
christenheit zum besten, genediglich geben und vorleyhen, damit ehr mehe  
bey seyner ko.mt. und yhn dem vaterlande der christenheit zugute zu  
pleiben, dan sich anders wohin, do man sich nachteyls zu behfaren, zu  
begeben verursacht. So wir auch etwas bemelten Katzianer und seyner  
freuntschaft zu gnaden und gute darinne thun rathen und furder khonnen,  
wollen wir uns vorigem unserm<sup>b)</sup> erbieten gemess, mit allen gnaden  
unbeschwerdt, sovil uns thunlich und ziemlich, beweysen und finden lassen.

Nachdem du auch verner meldest, den edlen und erenvhesten, unsern  
besondern lieben Paulo von Volia, undercantzler des reichs Polen und  
castellan zu Sochatzeff etc., durch schrifliche besuchnus unser sachen zu  
bevelen, so haben wir ime darauf hiebey geschrieben an dich gnediglich  
begerende, du wollest ime solchen brief zuhanden reichen und daneben  
vormelden, das ehr ime, als der freundt, jderzeit unser sachen getreulich  
wolle lassen bevolen sein. Des erbieten wir uns solchs und alles, wes  
uns von ime zu gutem gescheen mag, umb sein person hinwider mit allen  
gnaden abzunemen und zu beschulden.

Auf dein dienstlich bitthen haben wir unserem freuntlichen, lieben  
bruder, marggraff Georgen, vonwegen<sup>c)</sup> der ablosung des guts Reybenick,  
yhm Oppelischen oder Ratibarischen gelegen, furbitlich schreyben lassen,  
und schicken dir den brief seyn lieb verner zu behendigen hiemit zu.  
Wollen auch, sobalt uns an seyne liebe botschaft furfelt, dir zu sondern  
gnaden nicht undterlassen, gegen seyn lieb deiner person mit dem  
besten ingedencke zu sein, nicht zweifelende, sein lieb werden sich mit  
allen gnaden gegen dir zu erzeigen wissen.

Bey Jobst Ludwigs diener thun wir dir deine hoffkleidung sambt der  
farben ubersenden und wollen deynem beger nach die besoldung Hannsenn  
Breden durch unsren renthmeister uberatworten lassen, des vorsehens, sie  
solle dir von ime auch verner uberreicht werden. Das haben wir dir auf  
deyne gethane schriften in antwort und eyle nicht vorhalten wollen, dann  
dir genedigen willen zu erzeigen seindt wir geneigt. Datum Newhauss,  
Sontags Misericordias Domini, anno etc. ihm 38.

Commissio Principis ex  
relatione Cancellarii.  
Georg Hack.

- a) *in margine*: Nibschtitz.
- b) *sequitur expunctum*: schreyben.
- c) *verbum correctum*.
- 1) *Ferdinandus I.*

N. 1520.

E Regio Monte, 7.V.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Paulo Wolski (de Volia), R.P. vicecancellario,*  
*pro inserviendi studio propensaque animi voluntate sibi ab eo per Ni-*  
*colaum Nibschtitz significata ac oblata gratias agit et rogat, ut etiam*  
*in posterum negotia sua diligenter promoveat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 568.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 425-426.

Neuhausen, 25.V.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo I regi Poloniae  
summam 4000 florenorum, sibi a rege quotannis numerandorum, expetit  
sibi persolvi ad solvendum « omne ac totum debitum », quo Ioanni  
marchioni Brandenburgensi obstrictus est.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 426-429.*

Scribit de quatuor milibus florenorum, quos a Regia ipsius Maiestate Illustritas Sua annuatim accipit.

Serenissime Rex etc.

Non dubito, quin Maiestas Vestra Regia optime adhuc in memoria habeat, a Maiestate Vestra Regia me semper ad festum Paschae<sup>1)</sup> quatuor milia florenorum, viginti octo grossos Polonicos pro quolibet deputatorum, ex singulari regia gratia pro anniversario solario accepisse eademque mihi a Maiestate Vestra Regia gracie concessa et promissa esse. De qua pecuniarum summa ego Illustri Principi, cognato et fratri meo percharo, Domino Ioanni Marchioni Brandenburgensi etc., omne ac totum debitum, quo Illustritati Suae obstrictus sum, me hoc anno persoluturum certo promisi. Ego itaque ad Nobilem ac Generosum fidelem mihi dilectum, Maiestatis Vestrae Regiae Secretarium ac monetarum officinae Praefectum, Dominum Iustum Ludovicum Decium etc., Consiliarium meum, eam ob causam scripsi, clementer petens, ut huiusmodi quatuor milia florenorum a Magnifico ac Generoso sincere mihi dilecto, Domino Wolski, Tribuno et Burgrabio Cracoviensi, Maiestatis Vestrae Regiae aulae Thesaurario etc., postulare, accipere ac ad festum Paschcae<sup>1)</sup> proxime elapsum praefato cognato ac fratri meo percharo, Marchioni Ioanni, Posnaniae tradere ac deponere vellet. Posteaquam vero praenominatus Dominus Iustus Ludovicus Decius etc. dictam pecuniarum summam a Maiestatis Vestrae Regiae Thesaurario, Domino Martino Wolski etc., non impetravit, eam ipsam pecuniam dicto in loco Posnaniae deponere neutiquam potuit.

Qua de causa praefatus cognatus ac frater meus percharus, Marchio Ioannes, ad me scribere fuit compulsus, sicuti Regia Vestra Maiestas ex inclusa literarum copia percipiet. Et cum aequum sit, ut hac in parte ac in omnibus fides a me sancte servetur, Maiestatem Vestram Regiam subdite ac enixe rogo, ut illa ex clementi sua gratia apud Dominum Thesaurarium suum curare, mandare atque efficere velit, quo ea quatuor milia

florenorum saepedicto Domino Iusto Ludovico Decio absque ulteriori mora tradantur ac fides mea ducalis servetur confirmeturque. Quoniam vero pro certo compertum habeo, saepenominatum Regiae Maiestatis Vestrae Thesaurarium in numeranda ac reddenda pecunia non parvam habere molestiam in eo, quod illius Magnificentiae quitancia in bergameno ac maiori meo sigillo scripta et confirmata post acceptam pecuniam non traditur, haud gravatim quidem eiusmodi quitanciam illi transmittere vellem. Quod autem hoc tempore non fit, precor, ut Maiestas Vestra Regia in bonam partem mihi interpretari velit. Nam in eo sola haeret culpa, quod longo iam tempore in Regio Monte, ubi solitam alias meam aulam sustento et ubi sigillum meum magnum repositum habeo, non fuerim, nec adhuc quidem.

Et quamvis eo ipso in aliis quoque arduis negotiis meis vehementer opus habuerim, tamen propter pestilitatem aeris me eum in locum ac in tantum periculum conferre nolui. Quapropter Sacram Regiam Maiestatem Vestram iterum enixe oro, eadem dignetur Domino Thesaurario suo clementer iniungere, ut eam solutionem sive numerationem quatuor milium florenorum diutius neutiquam differre, sed eam summan pecuniarum ad illam Domino Iusto Ludovico Decio etc. transmissam quitanciam, annulo meo signatorio confirmatam, dicto iam Domino Iusto Ludovico Decio etc. tradere haud gravatim velit. Ego vero hisce meis praesentibus Maiestati Vestrae Regiae promitto atque polliceor me, quamprimum, divina accidente clementia, in aulam meam solitam rediero, eidem aliam quitanciam, sigillo meo maiori corroboratam, transmissurum, meque id ipsum sedulis ac debitiss meis obsequiis erga Maiestatem Vestram Regiam nullo non tempore studiose promeritum... Datae ex arce nostra Neuhaus, XXVI Maii. Anno etc. 38.

Comissio Principis propria.  
Hyeronymus.

*In initio epistolae in margine: Ad Regem Poloniae, 25 Maii.*

<sup>1)</sup> sic inms.

N. 1522.

Neuhauen, 25.V.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Fabiano Dameraw Wojanowski*

*gratias agit pro litteris, 10.II.1538 Barcinonae ad se datis, varias novitates continentes, inter alia de legato novi magistri Livoniae, Georgio a*

*Walde, in Hispaniam misso; rogat, ut etiam in posterum nova sibi  
mittere perget, praesertim de exitu legationis Livoniensis.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVII, N. 265.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 305v-306.

N. 1523.

*Neuhausen, 25.V.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschtz*

*binas litteras eius una cum novitatibus se accepisse nuntiat, pro eis gratias  
agit et de singulis novis sibi significatis opinionem suam profert.*

Cfr. El. XLVII, NN. 269, 272.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 304-305.

An<sup>a</sup>) Nickell Niptschitz, den 25 May anno 38, belangende die heyradt; ein junger konig zu Prag geporn; herrn Jheronimo Lassky wunschen wir zu seyner heuptmanshaft geluck etc.

Wir haben<sup>b</sup>) zwey schreyben nacheinander, das erste am Sontag Oculi, das ander am abent Philippi Jacobi gegenwertiges achtunddreyssigsten jars, bede zu Crackaw aussgangen, von dir bekommnen und auss beyden, wess sich fur newer auch seltzamer zeitungen alenthalben zugetragen, neben vormeldung der heyratssachen, und wie es damit ein gestald etc. sampt fernerm seynem inhalt, nach der lenge eingenommen und verstanden. Nun thun wir uns desselben anzeigen und der mitgeteylten zeitung genediglichen gegen dir bedancken. Seindt es auch yhn genaden gegen dein person hinwider abzunemen geneygt. Aber ins erste, wes du uns der heyradt halben yn deynem nechsten schreyben vormeldest, darzu wir nachmals von Gott alle geluckselige wolfart und das es gemeiner christenheit, der loblichen Chron Polan und allen derselben verwandten zu ere, nutz, fromen und gedey dienen möge. Wes uns auch weyter zugefallen, das auf dysem zuge von unsert= und unser landt und leuth wegen zu fordern und bey ko.mt. zu bitten vonnoten, hast du auss jungstem unserm schreyben, welchs wir hoffen, dir nuhemehr zukommen, genugsam verstanden. Zweyfeln nicht, du werdest yhn dem allen an deynem besten vleiss nichts erwinden lassen, wie wir des nochmals an dich mit gnaden begert wollen haben.

Das de romische konigin<sup>1)</sup> etc. den zehenden Aprilis eynen jungen behemischen konig<sup>2)</sup> zu Prag geporn und yhn taufung desselben sich gross mirackel des hymels begeben, brenget dem menschlichen bewegen wol allerley nachdecken. Aber was es deutet und auf ym hat, stehet yhn des lieben Gottis hende. Der schaff alle ding, hie zeitlich und dort ewiglich, zum ehren seines heyligen namens und zum gutten friede, auch der selen seligkeit zum besten.

Herrn Jheronimo Lassky wunschen wir zu seyner heuptmanshaft und dem vorhabendem zugk geluck, sterck und überwindung wider alle der christenheit und gemeynes fridens vheinde.

Wie man schreybt, das sich der Turck<sup>3)</sup> mit grosser macht auf Ungern und andere landt zu rusten thut, ist nicht zu verachten. Gott helffe den seynen zu erbreyterung seynes heyligen reichs und selig machende worts.

Das ein potschaft von konigk Januschen<sup>4)</sup>, welche auch zu der zeit, als du uns geschrieben, unverhort gewesen, ankhommen, gebe Got, das dieselbig was guts prenge. Und wess du<sup>c)</sup> des erferest, begeren wir mit gnaden an dich, uns solchs, sovil dir zimblich, mitzuteylen.

Daneben, dieweyl wir an ko.mt., desgleichen an den herrn schatzmeyster<sup>5)</sup> und ehern Jobsten Ludwigen unsrer bezalung halben, so auf Ostern verschienan fellig gewesen, geschrieben, und es sich bissweylen zutregt, das bemelter Jobst Ludwig mit schwacheit befallen, des wir doch diser zeit nicht hoffen, so wollest, wan solches villeicht geschehe, von seynetwegen auch neben ime bey hochgedachter ko.mt. aufs vleissigt anhalten helfen, damit die viertausent gulden one verzuck erlegt und uns dardurch nachteyl<sup>d)</sup> bey dem hochgepornen fursten, unserm freuntlichen, lieben vettern und brudern, herrn Johansen, marggraffen zu Brandenburgk etc., wie du auss herrn Jobstenn Ludwiggenn schreyben zu vornemen, verhuet mocht werden.

Wes letzlichen antrifft den diener, welchen uns unser freundt von Schlutzki<sup>e)</sup> und du gegeben, ist derselb noch an unserm hoff, hat sich auch biss anhere und noch gepurlich und wol gehalten. Diss haben wir dir auf deyn schreyben yhn antwort genediger meynung nicht zu vorhalten gewust. Dan dir mit genaden seind wir gewogen. Und schicken dir deynen brief, so dir Fabian Dameraw zugeschrieben, hiemit wi-derumb zu. Datum Newenhauss, ut supra.

Commissio Principis ex  
relacione Secretarii  
idem audivit legere.  
Hieronymus.

a) *in margine*: Nibschatz.

b) *sequitur verbum expunctum*.

c) *sequitur expunctum*: des.

d) *sequitur littera expuncta*.

1) *Anna Jagellonica*.

2) *Ioannes*.

3) *Solimanus II.*

4) *Ioannes Zápolya*.

5) *Spytco (Spytek) Tarnowski*.

6) *Georgius Olelkowicz, dux Slucensis*.

Neuhausen, 25.V.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschtz*

*se certiorem factum esse significat Ioannem Dantiscum, episcopum Culmensem et postulatum Varmiensem, a rege oratorem nominatum esse ad promovendum negotium matrimonii regis Poloniae iunioris cum filia regis Romanorum [Elisabeth] ineundi et rogat, ut apud regem operam suam ita interponere velit, quo in hac legatione negotii quoque sui et Ducatus Prussiae ratio habeatur.*

*Cfr. El. XLVII, N. 272.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 306-306v.*

An<sup>a)</sup> Nickell Nipschitz, 25 May.

Thut hierin vormelden, wie das der bischoff zu Ermelandt<sup>1)</sup> die heyrat mit der jungen ko.mt. zu Polan etc. romischer ko.mt.<sup>2)</sup> tochter<sup>3)</sup> zu volziehen gesandt.

Wir werden bericht, das der erwirdige in Gott, unser besonder lieber freunth, herr Johann, bischoff zu Colmensehe und postulirter zu Ermelandt, die heyrat mit der jungen ko.mt. zu Polan und romischer ko.mt. tochter zu volziehen gesandt und gefertigt werden sol. Dieweyl dir dan wissendt, wes wir hievor an ko.mt. zu Polann, unserm gnedigsten herrn, und freuntlichen, lieben ohmen, nichtsweniger an den vorstorbenen bischoff zu Crackaw<sup>4)</sup> etc. uns und diese lande Preussen in die vorheyrvortrege mit einzuzihen haben gelangen lassen, uns auch darauf von seyner ko.mt. genedige vertrrostung gescheen, wie wir dir dan, wes wir<sup>b)</sup> desshalben an sein ko.mt. vormals geschrieben und von derselben widerumb in antwort erlangt, hiebei zuschicken. So aber sein ko.mt. mit alter schwacheit und vil wichtigen hendeln beladen und darzu jtzmals niemandts ader gantz wenig personen, durch welche solcher handel in abfertigung dieser botschaft erinnert macht werden, demnach ist an dich unser genedigs begeren, nachdem die wissenden dieses handels vast abgangen und nicht alle jar ihn solchen angenemen sachen geschicket wirdt, ader botschaft vorfelt, du wollest diesen handel nach deynem rath und gutter geschickligkeit, wie wir unsern genedigen vertrawen ihn dich stellen, damit hochgenanter ko.mt. der loblichen Cron Polan etc. uns und unsern landen und leuten nichts daran vorseumet ader vorgessen, aufs vleissigiste bedencken und vorthstellen, das obgemeltem unserm lieben freunde, dem bischoff zu Ermelandt, in der instruction und gewerbe bey hochgedachter romischer ko.mt. solchs auch mit dem besten zu verfurdern und ausszurichten

auferlegt werden moge. Daran thustu uns sonders angenemens dencklichs gefallen ihn allen gnaden widerumb zu erkennen. Datum Newehauss, ut supra.

Commissio Principis ex  
relatione Cancellarii.  
Georgius Hack.

- a) *in margine*: Nibschtz.  
b) *pro expuncto*: dir.  
1) *Ioannes Dantiscus*.  
2) *Ferdinandus I.*  
3) *Elisabeth.*  
4) *Ioannes Chojeński.*

*N. 1525.*

*Neuhausen, 25.V.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo (Terla)*

*equum aliquem bonum, regi Daniae [Christiano III] dono dandum, sibi  
emi et transmitti petit.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLIII, N. 6.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 306v-307.*

*N. 1526.*

*Neuhausen, 25.V.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Iosto Ludovico Decio*

*de summa 3000 florenorum marchioni Ioanni debita nondum persoluta dolet; pro novitatibus sibi prescriptis et lignis undulatis missis gratias agit; rogat, ut etiam in posterum, si quae fuerint nova, sibi mittere perget.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLVII, NN. 274, 280.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 307-307v.*

*N. 1527.*

*Neuhausen, 26.V.1538.*

*Albertus dux in Prussia  
Martino Wolski, aulae regiae thesaurario\*),  
de summa 4000 florenorum sibi a rege quotannis numerandorum.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVI, N. 572.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 429-431.*

*\*) Thesaurarius Regni tunc temporis erat  
Szymek Tarnowski.*

*N. 1528.*

*E Regio Monte, 26.V.1538.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]  
episcopatus Cracoviensis dignitatem ei oblatam gratulatur; Andream  
Radzanowski, filium Barbarae Radzanowska, in aula sua aliquandiu  
commoratum, commendat et rogat, ut eum in aulam suam recipere  
velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol. vol. 50, ff. 432-433.*

*N. 1529.*

*E Regio Monte, 27.V.1538.*

*Albertus dux in Prussia  
Barbarae Radzanowska  
litteras commendatitias ad episcopum Cracoviensem [Petrum Gamrat],  
quas petiverat, ei transmittit; anulum dono mittit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 434.*

N. 1530.

E Regio Monte, 28.V.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Felici Srzeński, palatino Plocensi,  
pro Iacobo a Dieben, capitaneo suo Osterodiensi, cuius sagittarius quidam,  
multis rebus secum furto ablatis, in Ducatum Masoviae clam aufugit  
et nunc in palatinatu Plocensi apud viduam Adami Rościszewski  
(Roscyeszczewsky) latitat, intercedit et rogat, ut praedictae viduae  
praecipiat, quo profugum sagittarium, «cum pecunia, vestibus, bom-  
barda et omnibus ac singulis furtive ablatis bonis» capitaneo suo  
Osterodiensi sine ulteriori mora restituat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 435-436.

N. 1531.

Neuhausen, 12.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Alberto iuniori marchioni Brandenburgensi  
exhortatur eum, ut a nimia crapula, ebrietate et sodalitate prava se modis  
omnibus abstineat et bonis artibus ac virtutibus ediscendis studeat.*

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 436-438.

Illustris Princeps, Consanguinee noster charissime.

Cum oportunam hanc ad Illustritatem Vestram scribendi occasionem  
nacti essemus, praetermittere neutiquam potuimus, quin Illustritatem  
Vestram literis nostris amice inviseremus. Quae si bene foeliciterque  
valeret, nihil possit nobis gracie accidere. Verum pro certo ad nos  
relatum est Illustritatem Vestram in gravem febrim incidisse. Quae res  
quantopere animum nostrum perturbaverit, dici non potest, Deum  
Optimum Maximum enixis praecibus obsecrantes, ut ille Illustritati  
Vestrae pristinam suam valetudinem clementer concedere non dedignetur.

Cum autem hunc morbum, quo Illustritas Vestra nunc laborat, nulla  
alia ex causa, quam ex nimia crapula et ebrietate, quae radix, fons et  
origo est omnium malorum, adeoque ex<sup>a</sup>) proximis sororis suae<sup>1)</sup> nuptiis  
in Krelssheyem celebratis etc. initium suum sumpsisse existimandum sit,

et diem<sup>b)</sup> conventionis generalis iam iterum dilatum esse non ignoramus, Illustritatem Vestram iam iterum amice rogamus, ut illa sese a nimia illa crapula et sodalitate prava, quantum unquam fieri potest, abstinere modis omnibus velit. Deinde quoque apud Illustrem Principem fratrem nostrum charissimum, Dominum Georgium Marchionem Brandenburgensem etc., reliquosque Dominos diligentem operam adhibere et per se instigare, quo Illustritas Vestra primo quoque tempore ad evitanda haec omnia mala et ad contrahendam bonam familiaritatem et amiciciam cum Electoris Ducis Saxoniae<sup>2)</sup> fratre<sup>3)</sup>, optimasque arter ac virtutes perdisendas Wittembergem mittatur. Nam cum ingens rumor sit sparsus per totam Germaniam de Turcico exercitu etc., metuendum foret, ne per hanc quoque expeditionem adversus Thurcarum vim illud bonum et honestum propositum minus procederet.

Quare non dubitabimus<sup>c)</sup> Illustritatem Vestram hoc negocium diligenter promoturam sibique hac in parte neutiquam defuturam esse. Nam per hoc facile cernere licebit, an Illustritas Vestra magis ad crapulam et sodalitatem, quam ad bonarum literarum studia sit propensa. Quam diu foeliciter vivere atque valere optamus. Datae ex arce nostra Newenhaus, XII Iunii. Anno etc. 38.

Commissio Principis propria.  
Hieronymus.

*In initio epistolae in margine:* Ad Dominum Albertum Iuniorem Marchionem Brandenburgensem, XII Iunii.

- a) *supra lineam.*  
b) *correctum ex dam.*  
c) *verbum correctum.*

- 1) *Maria.*  
2) *Ioannes Fridericus.*  
3) *Ioannes Ernestus.*

N. 1532.

*Neuhausen* (« ex arce nostra Nova Domo »), 12.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
excusationem eius de tarditate in conficienda cautione de credita sibi  
mutuo pecunia benigne acceptat.*

(Latine)

*Cfr. El. XXXVI, NN. 567, 575.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 438-439.*

N. 1533.

Neuhausen, 14.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Fabiano Dameraw Wojanowski*

*de felici eius domum reditu gaudet; pro involucro a Nicolao Nibschatz  
et litteris ab Andrea a Górká per Gulielmum Truchsess sibi allatis  
gratias agit; de proposito eius ad se adventu gaudet.*

*Cfr. El. XLVII, N. 278.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 308-308v.*

An<sup>a)</sup> Fabian von Waynaw, den XIIII Junii.

Mein gnedigster herr thut sich erfreuen seyner geluckseligen ankonft.  
Item doneben wirt von ime ein backet m.g.h. zugeschicket sampt etlichen  
briefen von herrn Andresen von Gorkaw etc.

Wir haben ewer schreyben eigener handtschrift, den IIII Junii datirt,  
entpfangen, dorauss, das ir mit gesundem leybe, des wir dan hochlichen  
erfrewt, anheims gekhommen, verstanden. Zum andern haben wir auch  
auss solchem ewerem schreyben vernommen, das ir willens gewesen, uns  
zu besuchen. Weil wir aber nit lange an eynem ort pleiben, yr auch nit  
lange spaciren durft, domit unsren gnedigsten frawen, der konigin<sup>b)</sup>, euch  
auferlegte geschefte durch euch nit geseumet wurden, so wereth ir  
verursacht worden, dem erbaren radt und lieben getrewen Wilhelmen  
Truchsessenn ein backet, so uns der erbar und ernvheste unser radt und  
auch lieber getrewer Nickell Nipschitz etc. durch euch zugeschicket,  
desgleichen unsers besondern geliepten freundts und bruders, herrn  
Andressen von Gorkaw, possnisch castellans, briefe, so er an uns  
geschrieben, domit uns solchs alles gewisslichen zu handen kommen  
mochte, zu überntworten. Hirauf wollen wir euch genediger meynung mit  
bergen, das uns dasselbig uberschickt dinglich alles zukommen und  
worden ist, und thun uns der gehapten muhe, dessgleichen der mitgetheilten  
newen zeitung genedigklichen gegen euch bedancken. Nachdem wir  
auch letzlichen auss eweren schreiben vermercken, das yr euch inwendig  
dreyen wochen bey uns zu gestellen willens, wollen wir<sup>b)</sup> auf solchs ewer  
person mit freuden erwarten und uns gantz gerne mit euch besprechen.

Das junge ko.mt. zu Polann etc. eygener person in krig wider den  
Walachen<sup>b)</sup> ziehen wurde, wunschen wir irer ko.mt. alle gluckselige  
wolfart, sig und überwindung irer vheinde. Uns nimpt aber nit wenig  
wunder, das uns solchs biss anhere verhalten pleiben, und das uns so gar  
nichts, allain was durch obgemelten Nickell Nipschitzenn geschicht, vom  
koniglichem hoff zugeschrieben wirt.

Dis haben wir euch auf ewer schreyben (als dem wir mit sondern gnaden gewogen) in antwort nit wollen verhalten. Datum Newhauss, den ut supra.

Commissio Principis  
propria idem audivit  
legere.  
Hyeronimus.

a) *in margine*: Fabian von Waynaw.

1) *Bona*.

b) *sequitur expunctum*: euch.

2) *Petrus Rareš, pal. Moldaviae*.

N. 1534.

Neuhausen, 14.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschatz*

*pro binis litteris et salutatione gratias agit et ipse vicissim omnia fausta ei precatur; de vestibus aulicis ei redditis gaudet; pro veste pellicea sibi per Fabianum Wojanowski transmissa gratias agit et pretium eiusdem scire desiderat; pro communicatis novitatibus, praesertim de Turcarum conatibus et de Ioanne Tarnowski generali exercituum capitaneo contra Valachum prefecturo, gratias agit; de negotio matrimonii regis Poloniae iunioris accuratius edoceri cupit; eidem regi iuniori in persona contra Valachum prefecturo felices successus precatur, et alia.*

*Cfr. El. XLVII, NN. 275, 276.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 308-311v.*

An<sup>a)</sup> Nickelen Nyptzitz, den XIII Junii.

Mein gnedigster herr wunschet ime ein geluckseligen zustandt. Item das dienstgeldt von Hannsen Bredaw vormacht, bekhommen. Item vormeldet eins futters, welchs durch Fabian von Waynaw uberschicket. Thut bedancken der neuen zeitung, das graff Hanns von Tarnaw widder den Walachen<sup>1)</sup> abgefertiget. Item was die beschlissigung des heyradt anlangt. Item wie die junge ko.mt. zu Polan etc. etliche jagthunde etc.

Wir haben zwei schreyben yhn kurtz nacheinander, das erst den XVIII, das ander den XXIIIten May dieses jtzigen XXXVIIten jars, beide zu Crockaw aussgangen, von dir bekhommen. Und nachdem du uns in beyden alle gluchselige wolfart wunschen thust, thun wir uns desselben mit

gnaden dir bedancken, mit widerumb wunschung eynes geluckseligen zustandts. Befinden auch auss dem ersten, das du die hoffkleidung, aber keyn schriften darneben von uns erlangt, durch welchs dir unwissendt, ob uns deyne vorige vilfeltige schreyben zukommen. Nu sehen wir gantz gerne, das dir die hoffkleidung behendiget worden. Wollen dir auch gnediger meynung nicht vorhalten, das wir alle deyne schreiben empfangen, des vorsehens, du auch alle antwort numehr darauf, neben dem dinstgelt, welchs wir dir vorlangst uberschickt und Hannsen Bredaw gin Danntzigk uebermacht, bekommen werdest haben.

Dieweil du dich auch in solchem deinem schreiben erinnerst, wes vor etzlichen jharen vonwegen eins futters mit uns geredit ist worden etc., welchs du uns jtzundt durch Fabian vonn Waynaw uberschickt, als thun wir uns desselbigen gegen dir bedancken, ihn gnaden widerumb zu erkennen. Und wo wir schon dasselb, dess wir doch bey uns noch nicht entschlossen, selbest nit tragen wolten, so solb<sup>b)</sup> doch dein lieber bule von deynewegen tragen. So du uns dan solch futter ubersendt, so wher auch pillich gewesen, das du uns angezeigt hettest, was er kost, dann wirs von dir vergebens nit begeren.

Unsere tochter<sup>2)</sup>, dein lieber bull, thut hertzlichen bitten, das dir dein wunsch whar where, und so du soviel junger wurdest, so wolt sie sich der gebur mit der hochzeit und anderm wol zu halten wissen.

Der both, so diese deyne briefe uns uberantworten hat sollen, ist nicht bey uns gewesen. Versehen uns aber noch, er werde kurtz bey uns ankommen.

Der mitgetheilten newen zeitungen thun wir uns mit gnaden gegen dir bedancken. Uns gefallen aber die zeitungen von dem grausamen vheindt der christenheit, dem Turcken<sup>3)</sup>, am allerubelsten, sonderlich dieweyl der Turck so gewaltig herzeucht, in willens Ungerenn einzunemen und vielleicht, wie dan auch bey uns seltzam darvon geredit und geschrieben wirt, alsdan ins Deutzschlanndt zu rucken, und das man allererst, weyl der vheindt vor der thur tagleisten wil und sich die tagleistungen solang erstrecken, daraus dan mehr gefhar zu besorgen, sunderlich das er Osterreich, dieweil es mit Ungerern in uneinigkeit steht, auch einnehmen werde. Seintemal aber diese sachen und wir alle in Gottes henden stehn, so wollen wir inen neben andern frommen christen embsiglich bitten, das er, dieweil mit menschlicher kraft und macht wenig oder gar nichts gethan, diesem grausamen vheindt der christenheit werhen, uns alle vor seynner tyranney und gewalt genedigklichen beschutzen und beschirmen wolle.

Das graff Hanns von Tarnaw, crockischer castellan etc., unser besonder geliepter freundt und bruder, als oberster feldtheuptman wider den Walachen mit krigsnodtturf abgefertiget, wunschen wir erstlichen ko.mt. zu Polan etc., unserm gnedigsten herrn und freuntlichen, lieben

ohmen, nachmals seyner person zu solchem zugk alle gluckselige wolfart,  
heyl, syg und überwindung irer vheinde.

Was die beschlißung der heirath etc., anlangt, wollen wir noch zu Gott verhoffen, es solle einmhal zu eynem rechten ende gedeyen. Dieweyl aber die eile furfelt, dardurch wol lengerung zu vormuetten (des wir doch nit hoffen), so ist unser genedigs begeren, du wollest uns, wie sich alle ding zutragen werden, bey zufelliger bothschaft verstendigen. Darneben wollest uns auch wissen lassen den beschluss, so ro.ko.mt.<sup>4)</sup> vonwegen der hulf und geltstewer wider den Turcken zu erlangen verhoffen, und ist uns<sup>5)</sup> furwhar nit wenig beschwerlich, das man so treglich zusehen thut. Aber viel beschwerlicher, das viel landess und wenig geldts, darzu viel schulden verhanden, so doch besser wer wenig<sup>4)</sup> landes und viel geldts.

Das aber der trost allein auf dem fride zwischen ro.kay.mt.<sup>5)</sup> und dem konig von Franckreich<sup>6)</sup>, desgleichen auch Ungerenn stethe, achten wir, das keyn grosser trost sey, dan allein die gnade Gotts. Das aber soviel grosser boten solchen zu beschlossen im wergk, ist unser genedigs begeren, du wollest mit allem vleiss, wie der fride mit Ungereren, mit was condicion, auch was fur artickel, so ro.kay. und ko.mt. zu Polan etc. ansprechen sollen, zuwegen pringen und uns alsdann dieselbigen ubersenden.

Das du auch von uns verstendigt zu werden bitten thust, ab der hochwirdig, hochgeporn furst, unser freuntlicher, lieber bruder, marggraff Wilhelm, coadiutor etc., auss Eyflandt gezogen, bey uns ankommen und ob er weiter hinaus ins landt zu ziehen willens etc., wolten wir dir gnediger meynung nit pergen, das dem also und durch schwacheit seynes leibs herausszuziehen verursacht worden, aber Gott lob, numehr gute besserung widerumb bekommnen, auch solche, die der gantzen gesuntheit nit uneynlich, ist auch in kurtz sich yhn Eifflanndt widerumb zu begeben genutzlichen bedacht.

Wes du uns bey der hochgeborenen furstin, unser freuntlichen, geliepten gemahel<sup>7)</sup>, von deynetwegen ausszurichten gebeten, haben wir solchs bey irer lieb mit allem vleiss aussgericht. Thut sich neben unser tochter, deynem bulen, solch deynes dinstlichen erpittens zusampt des wunsches mit allen gnaden gegen dir bedancken.

Aus deynem andern schreiben haben wir verstanden, wie dich nit wenig wunder nimpt, das du so lange zeit keyn schreyben von uns gehapt, auch nit verhofft, das du uns zu solchem langen nitschreyben dardurch etwas zu vermutten ursach gegeben. Nu solst du anderst nit wissen, dan das wir dir auf alle deine schreiben geantwort und nimpt uns selbst nit wenig wunder, das unsere briefe solang undterwegen pleiben. Solst derhalben dich anderst nit vorsehen<sup>8)</sup>, dan<sup>9)</sup> es umb uns kein andere gestalt, dan wie allwege mit dir gewesen, so seint wir auch nach, Gott lob, frisch und gesunth.

Als du aber meldest, wie eigentlich jtzundt beschlossen, das die junge ko.mt. zu Polan etc. eigener person zusampt irer mt. verordenten heuptleuten ins feldt wider den Walachen, sofern es sich nit verendert, zihen werden, auch die alte ko.mt., unser allergnedigster herr, sich zu Crackaw zu erhalten und, wie abzunemen, zuzeiten ins gegett sich zu vorspaciren und zu verlustigen gesynnet, derhalben dein rathe und wolmeynung, dyweyl ir mt. an gutten hunden gross mangel hetten, das wir derselben einen gutten laithundt zusampt zwu oder drei kupeln langörichter jagthundt, so zum groben wildt zu geprauchen tuchlich, zuschicken solten mit weiterem inhalt etc. Hirauf wunschen wir erstlich der jungen ko.mt., unserm gnedigsten herrn, das groste gluck und heyl, so immer mer eynem menschen gewunscht mag werden, zu Gott verhoffende und auch inniglich bittende, der Almechtig wolle irer ko.mt. ein gluckselige überwindung wider derselben vheinde genedigklich verleihen. Uns aber nimpt nit wenig wunder, das uns solchs biss anhere verhalten. Derhalben, wo es seynen vortgang gewinnen wurde, so wollest uns desselben aufs eilendst wissen lassen. Dan so wir seiner ko.mt. mit etwas als pferden, werhen oder anderm dienen konnten, wolten wir als der gehorsame furst jderzeit bereitwillig erfunden werden und werhen auch desselbigen ze thun hochlichen geneigt.

Das aber die alte ko.mt. zu Polan etc. sich zu Crockau zu erhalten, wie oben gemelt, gesindt, darzu wunschen wir irer ko.mt. ein langwirige gesuntheit und ein geluckseliges, fridlichs regiment.

Diss haben wir dir auf deyne an uns gethane schreyben genediger menung ihn antwort nit vorhalten wollen, genediglich begerende, du wollest uns allen iren ko.mten wie bisshere von dir bescheiden, dorab wir dan auch keynen zweifell tragen, aufs treulichst behelen, auch uns, wes sich mitler zeit fur zeitung zutragen werden, unangezeigt nit lassen. Das gereicht uns von dir zu sondern gnaden, seindt es auch gegen dein person genedigklichen abzunemen urputig. Datum Neuhauss, ut supra.

Commissio Principis  
propria idem audivit  
legere.

Hieronymus.

- |   |                          |
|---|--------------------------|
| a) <i>in margine</i> : Nipschitz.       | 2) <i>Anna Sophia</i> .  |
| b) <i>verbum correctum</i> .            | 3) <i>Solimanus II.</i>  |
| c) <i>correctum ex</i> : unser.         | 4) <i>Ferdinandus I.</i> |
| d) <i>sequitur expunctum</i> : das.     | 5) <i>Carolus V.</i>     |
| f) <i>sequitur repetitum</i> : dan.     | 6) <i>Franciscus I.</i>  |
| 1) <i>Petrus Rareš, pal. Moldaviae.</i> | 7) <i>Dorothea</i> .     |

E Regio Monte, 16.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo I regi Poloniae  
de sententia in causa inter fratres Hittfelder, cives Torunienses, et viduam  
Wachschoram, a consiliariis regiis et ordinibus terrarum Prussiae  
lata, post appellationem ab eadem vidua ad regem factam irrita et  
nulla declarata, queritur et rogat, ut rex honoris potius consiliariorum  
suorum et ordinum terrarum Prussiae rationem habeat, quam unius  
personae calumniis fidem praestet.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 439-442.*

Scribit de causa et actione inter fratres. Hitfelder et viduam Wachschoram versante.

Serenissime Rex.

Sacram Regiam Vestram Maiestatem subdite latere nolo me certioreum factum, praeterlapsis annis negocium quoddam inter fratres Hittfelder de Thoronia parte ex una, et quandam viduam Wachschoram nominatam parte ex altera, subortum esse et consiliarios Regiae Maiestatis Vestrae harum terrarum Prussiae ac status et ordines eiusdem, quemadmodum ex multorum relatione accepi, secundum ius Culmense, antiquas sancte et inviolabiliter observatas constituciones, consuetudines et usus, tum etiam ex mandato, iussu et voluntate Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae sententiam tulisse. Verum praefatam viduam ad Sacram Regiam Vestram Maiestatem provocasse. Quare in proxime habitu Conventu Pietrocoviensi Regiae Vestrae Maiestatis eiusdemque consiliariorum, statuum et ordinum terrarum Prussiae pronunctiatas sentencias, regia declaratione irritas, nullas et inanes publice declaratas esse etc.

Et quamvis me lateat, qua de caussa huiuscemodi retractio publicata sit, nihilque dubitem Regiam Vestram Maiestatem non abs re, aut non habita prius informatione et deliberatione sentenciam tulisse, nihilominus tamen est timendum, ne ex tali Regiae Maiestatis Vestrae lata sententia vix alias sequatur exitus, quam quod omnes tam maioris, quam inferioris ordinis, iudicij Regiae Maiestatis Vestrae iudices et assessores non solum male audiant, sed etiam hominum petulantes et calumniosae linguae fidem et sacramentum eorum in perforanda sententia, quasi aut ipsi aut eorum praedecessores, qui hoc ipsum officium Regiae Maiestatis Vestrae nomine

gesserunt, in hoc aut etiam simili negocio non secundum ius pronunctiaverint, sugillare possent. Nam cum Regia Maiestas Vestra olim latas sentencias a consiliariis terrarum Prussiae confirmaverit, imo<sup>a)</sup> id ipsum, quod consiliarii pronunctiaverint, statuere dignata est.

Sentio ego a plerisque ex hac Regiae Vestrae Maiestatis olim latae sententiae retractatione, tam consiliariis Regiae Vestrae Maiestatis, quam omnibus subditis utriusque partis terrarum Prussiae, quibus omnibus commune ius Culmense consuetudinesque aequales esse asseritur, varias inici cogitationes et multa, quae a me nequaquam scribi debent, de Regia Vestra Maiestate (quae<sup>b)</sup> ego pro honore Regiae Maiestatis Vestrae invitus profecto percipere vellem) dici. Praesertim cum malevoli ex hac regia declaratione occasionem summere possent, quo alter alterum fraudulenter circumveniret, boni vero cogerentur in pari casu plurimum erga Regiam Vestram Maiestatem querulari. Cum tamen Regia Vestra Maiestas plane nihil aliud, quam laudem et honorem a subditis suis demerita sit.

Quamobrem pro debita obedientia, tanquam subditus atque iuramento devinctus Princeps, non potui non haec omnia Regiae Vestrae Maiestati subdite significare, enixe supplicans, Regia Vestra Maiestas haudquaquam patiatur iniquas atque illicitas privatae unius personae querelas contra iusticiam ipsam, commune ius tocius terrae Prussiae, status et ordines, literas et sigilla se commovere (quemadmodum futurum nihil ambigo) ac illorum commoda et honorem potius ad animum revocare, quam privatae unius<sup>c)</sup> personae calumnias, caussam denique ipsam eo dirigere, quo maioris atque inferioris conditionis ordines et status nequaquam se a iudiciis Regiae Vestrae Maiestatis abstrahere occasionem habere queant. Postremo ne quidquam iuri et consuetudini harum terrarum Prussiae in aliquo, quod sine maxima iactura, incommodo aut etiam tumultu fieri non potest, detrahatur, sed pocius sancte, quemadmodum a patribus tradita sunt, et inviolabiliter serventur, Regiaque Maiestas Vestra pluribus querelis liberari queat. Id proculdubio Regiae Vestrae Maiestatis<sup>d)</sup> honori et commodo omnibus subditis terrarum Prussiae cedet. Subdite petens Regia Vestra Maiestas dignetur haec mea scripta clementer atque benigno animo suscipere, meque cum omnibus subditis meis pro regia sua gratia clementer commendatum habere. Quam sanam foelicemque etc. Datae e Regio Monte, 16 Iunii. Anno etc. XXXVIII.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
Cancellarius.

*In initio epistolae: Ad Regem Poloniae, 16 Iunii.*

a) *verbum imo repetitum et expunctum.*

c) *supra lineam, loco minus expuncti.*

b) *correctum ex quod.*

d) *in ms.: Maiestati.*

N. 1536.

Neuhausen, 18.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*pro Andrea Brandth, subdito regio et aulico suo, qui a Nicolao Holst in iudicium citatus coram ordinatis terrarum Prussiae commissariis statuto die comparere non potuit, intercedit et rogat, ut eum rex propter hanc absentiam suam excusatum habere et in regium favorem recipere velit.*

*Cfr. El. XXX, N. 174.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 442-443.*

N. 1537.

Neuhausen, 20.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*pro Eustachio Vogelweyder, servitore suo, causam et actionem habente contra Hieronymum Moszczeński (vel Moszczyński, in ms. Moschintzki) de pecunia a patre eiusdem Eustachii, Melchiore Vogelweyder, olim Matthiae Moszczeński, capitaneo Posnaniensi et Hieronymi praefati patri, mutuo data et nunquam restituta, intercedit et orat, ut dicto Eustachio Vogelweyder, subdito suo, in recuperanda tandem debita sibi pecunia regio auxilio clementer adesse velit.*

*(Annexum: Supplicatio Eustachii Vogelweyder ad ducem Albertum).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 444-448.*

N. 1538.

Neuhausen, 20.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cuiaviensi [Lucae a Górką]*

*causam Eustachii Vogelweyder, quam de debita sibi pecunia cum Hieronymo Moszczeński habet, ei commendat.*

*(Sub textu: Mutatis mutandis ad Dominum Andream de Gorckaw).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 449-450.*

N. 1539.

Neuhausen, 20.VI.1538

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschtz*

*varias novitates ex Moscovia allatas transmittit et rogat, ut eas regi et proceribus significet.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 312-312v.*

N. 1540.

Neuhausen, 21.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschtz*

*per Gulielmum ab Oppen, suum supremum venatorum magistrum (« obersten jegermeister »), aliquot bonos canes ad venationem aptos regi dono mittit.*

(*Sub textu: In simili forma mutatis mutandis ist geschrieben Heinrich Gotzschen und Gabriel Terlaw. Actum ut supra*).

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 312v-313.*

N. 1541.

Neuhausen, 22.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*a Nicolao Nibschtz edoctus regem hac aestate venationibus vacare in animo habere, aliquot canes venaticos (« tam bonos, quam inter meos canes omnes habui ac eligere potui ») dono mittit et rogat, ut « hoc tantillum munus » benigne accipere velit.*

(Latine)

*Cfr. El. XXX, N. 176.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 451-452.*

N. 1542.

Neuhausen, 22.VI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Henrico Gotsch ab Herzogswalde et Gabrieli Tarło*

*Gulielmum ab Oppen, « supremum venatorem » suum, per quem canes  
venaticos mittit, commendat et rogat, ut ei aditum ad regem faciliorem  
reddant.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 313v.

N. 1543.

E Regio Monte, 15.VII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislaw Grajewski*

*explicat rationes, cur nonnulla bona hereditaria in Ducatu Prussiae sita  
ei concedere nequeat; de molendino responsum ei dare se nondum  
posse nuntiat, propterea quod certam eius rei cognitionem nondum  
habeat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 569.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 454-455.

N. 1544.

Mühlhausen, 21.VII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*proconsuli et consilibus civitatis Przasnissiensis*

*exponit rationem et causam, cur boves concivium eorum a marscalco  
suo Friderico ab Oelsnitz (Olschnitz), capitaneo Hohensteinensi, in  
publica via, in villa Kurki (Kurcki), detenti et abacti sint (nam scil.  
concives eorum « non per publicas, sed per prohibitas adeoque inusita-  
tas vias boves suos deduxerint »).*

(Latine)

Cfr. El. XLV, N. 29.

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 455-456.

Hollandt (Pasłek), 25.VII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Iacobo Bartnicki, castellano Plocensi,  
hortatur eum, ut omnia privilegia et litteras, quas super bona sua in  
Ducatu Prussiae habet, capitaneo Soldaviensi ad describendum tradat  
et recognitionem dominii per integrum septennium intermissam per-  
solvat.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 456-458.*

Hortatur, ut Capitaneo Soldaviensi<sup>a)</sup> omnia privilegia et litteras super bona sua tradat ad describendum. Item ut recognitionem dominii per integrum septennium intermissam praestet et persolvat, vel pro poena fisco 500<sup>a)</sup> aureos ungaricos numeret.

Salutem et benevolentiam nostram.

Nobilis, fidelis nobis dilecte.

Non arbitramur te ignorare nos praeterito tempore omnibus capitaneis ac tenutariis nostris severe mandasse atque iniunxisse<sup>b)</sup>, ut non solum a nobilibus, verum etiam reliquis subditis nostris, tam rusticis quam civibus, omnia privilegia ac litteras suas, quas super bona sua habent, exigant easque in communem quandam librum describi current. Quod cum a Capitaneo nostro Soldaviensi factum non ignoremus, eundemque saepius a te<sup>c)</sup> privilegia tua, tibi a nobis, praedecessoribusque nostris super bona tua gracie concessa, postulasse, te vero eidem illa tradere noluisse, mirari satis non possumus, qua de caussa istud a te fiat et cur adeo inobedientem te erga nos praebeas. Deinde relatum est quoque ad nos, te iam per integrum septennium nullam recognitionem veri dominii, germanice Urkundt appellatam, nobis aut nostris post multam monitionem praestitis. Quae res nobis non solum ingentem admiracionem, verum etiam maximam molestiam attulit. Hortamus itaque te, ut omnia privilegia tua atque litteras dicto Capitaneo nostro sine omni mora aut exceptione tradas, deinde ea, quae recognitionis causa per integrum septennium adhuc debes, sine ulteriori mora persolvas ac ea omnia, quae in futurum debebis, suo quoquo tempore offeras. Quod si istud facere nolueris et mandatum hoc nostrum contempseris, mandamus tibi hisce praesentibus ac severe iniungimus, ut nobis ac fisco nostro quadringentos aureos ungaricos pro poena (quam nullo modo ac ad nullam petitionem tibi remissuri sumus) illico tradas. Quo intelligere ac sentire queas, nos mandatum nostrum a te tuique similibus contemni

nolle. Atque haec in presentia te celare noluimus. Datae Hollandt, XXV  
Iulii. Anno etc. M.D. XXXVIII.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
Hieronymus.

*In initio epistolae in margine:* Iacobo Bartnitzki, 25 Iulii.

a) *correctum ex:* 10.  
b) *in margine.*

c) *supra lineam.*  
1) *Melchior a Rechenberg.*

*N. 1546.*

*E Regio Monte, 5.VIII.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Alexandro Itowski, pincernae Visnensi et capitaneo Latovicensi,  
promittit se capitaneis suis, praesertim vero Wolfgango ab Heydeck  
(Haydeck), capitaneo Rastenburgensi, severius mandaturum esse, ut  
ei colonos suos profugos sine ulteriori procrastinatione restituant.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXVI, NN. 566, 571.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 458-459.*

*N. 1547.*

*E Regio Monte, 13.VIII.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschatz*

*pro nuntio de canibus venaticis regi iam traditis gratias agit; nova se  
accepisse nuntiat et in posterum ea sibi perscribi petit.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 42, f. 314.*

N. 1548.

E Regio Monte, 13.VIII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Henrico Gotsch ab Herzogswalde*

*quod canes venatici regi placuerint, gaudet; pro transmissis novitatibus,  
praesertim de bona regis valetudine, gratias agit et alia in posterum  
nova sibi significari petit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 314v-315.

N. 1549.

E Regio Monte, 14.VIII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Iacobo Bagieński, vexillifero et vicecapitaneo Visnensi,*

*nonnullos subditos regios a capitaneo suo Rastenburgensi propterea in  
vincula coniectos et Montem Regium transmissos esse nuntiat, quod  
« profugi sint et a dominis suis veris aufugerint ».*

Cfr. El. XXXVI, N. 573.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 460.

Scribit rationem et causam, quare nonnullos Regiae Maiestatis subditos in vincula coniecerit.

Salutem et benevolentiam nostram.

Nobilis atque Generose, sincere nobis dilecte.

Accepimus Generositatis Vestrae literas, in quibus eadem scribit Generosum, fidelem nobis dilectum, Wolfgangnum<sup>2</sup> Dominum ab Haideck, Capitaneum nostrum Rastenburgensem, nonnullos Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi nostri pientissimi, subditos manu cepisse eosdemque ferro vinctos Montem Regium usque transmisisse etc. Proinde supplex rogat Generositas Vestra, ut praefatos subditos detentos libertate evangelica maxime christiana frui sineremus et permitteremus etc. Nos equidem fatemur eos ipsos subditos in vincula coniectos esse, sed nullam aliam ob causam, quam quod profugi sint et a dominis suis veris aufugerint. Qua de causa coacti sumus iuxta harum terrarum consuetudinem eos condigna poena punire. Verum quo Generositas Vestra sentire tandem

queat, eius peticiones apud nos non inanes fuisse, dimittimus unum ex illis, qui ad Generositatem Vestram pertinet, liberum, firmiter sperantes Generositatem Vestram eo ipso contentam fore. Nos, si qua alia quoque in re Generositati Vestrae gratificari poterimus, facturi id sumus diligenter. Datae e Regio Monte, XIIII Augusti. Anno etc. XXXVIII.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
Hieronymus.

*In initio epistolae in margine:* Iacobo Bagienski, XIIII Augusti.

z) *sic in ms.*

*N. 1550.*

*E Regio Monte, 14.VIII.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Spytconi (Spytek) Tarnowski, castellano Radomiensi, R.P. thesaurario, excusat se propter litteras in negotio pecuniario «sub alieno titulo» (scil. sub nomine Martini Wolski, cfr. N. 1527) scriptas («quod nullam aliam ob causam, quam vitio scriptoris, ut qui et nomen et officium fortassis Magnificentiae Vestrae ignoraverit, factum esse» ait); pro diligentia in expediendo hoc negotio suo adhibita gratias agit. (Schedula: excusat se ob nondum transmissam 4000 florenorum quie- tantiam, magno sigillo suo confirmatam).*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVI, NN. 572, 574.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 461-462.*

*N. 1551.*

*E Regio Monte, 16.VIII.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae  
orat, ub sibi lacum Drużno (Drausen), «quem Elbingenses hucusque ex regia gratia pro annuo censu obtinuerunt», eisdem conditionibus concedere et districtui suo Hollandiensi (Pasłek) incorporare velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 463-464.*

E Regio Monte, 22.VIII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Hlebowicz, palatino Polocensi,*

*ad querelas eius de damnis, a Valentino Bestendorff, subdito suo, ei et  
subditis eius illatis, respondet se eiusmodi damna satisfieri iussisse  
et vicissim de subdito eius, Nicolao Iwanschantowitz, queritur.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 464-469.*

In causa Valentini Bestendorf.

Literas Magnificentiae Vestrae, causam arrestationis bonorum eiusdem et subditorum suorum in iudiciis civitatis nostrae Regii Montis, ad instantiam Valentini Bestendorff aliorumque subditorum nostrorum factae, continentes, de dato primae Iulii, per nobilem Casparum Myloschewski, servitorem suum, accepimus. Inde responsionem et explanationem caussae ad proxima scripta nostra colligentes, una cum diligenti praecatione, ut mandato nostro mediante arrestationem huiusmodi apud iudicia praedicta relaxari poenitus et denique bona ipsa dicto suo servitori libere tradi et assignari facere dignaremur. Offert se quidem Magnificentia Vestra vicissim indilatam iusticiam nostris hominibus, qui aliquid controversiarum se adversus Magnificentiam Vestram suosve subditos vel servitores habere praetenderent, quovis tempore et praesertim ad generalem ordinum incliti Magni Ducatus Lithuaniae Conventionem pro festo Sancti Michaelis proxime futuro administrare velle et ob id nostris salvo commeatu sub sigillo Magnificentiae Vestrae providisse, prout id ipsum in literis Magnificentiae Vestrae laciis continetur.

Quae vero<sup>a)</sup> causae<sup>b)</sup> fuerint, quare nostri subditi tantopere contra ipsum Nicolaum Iwaschentowitz, servitorem Magnificentiae Vestrae, conquesti sunt et quid eos adegerit, ad huiusmodi arrestationem iudicialeiter impetrandam et denique quomodo bona huiusmodi arrestata iussu nostro et mandato liberata sunt et quatenus ea<sup>c)</sup> ipsa bona dictus Nicolaus recipere renuerit, ex anterioribus literis nostris Magnificentiam Vestram partim intellexisse non diffidimus. Et quamvis praefata iudicia haud importune ipsa arrestata ligna Wagenschos, quae sub signo Valentini Bestendorf reperta fuerunt, sub huiusmodi arresto ad plenariam usque probationem Nicolai Iwaschanthowitz servare potuerint, nos tamen nihilominus (attento, quod nominatus Bestendorf, quo fato nescimus, modo ius suum prosequi desiit, fugamque dederit) dicta ligna indifferenter, quae adhuc extabant, servitori Magnificentiae Vestrae libere assignari fecimus et cum hoc reliqua ligna et ceram, quae per eundem Bestendorf

alienata sunt, eidem servitori, cum pecunia numerata, tum aliis mercibus recompensanda fore decrevimus. Quae omnia sic effectum suum sunt sortita. In qua quidem re non tam incommoditatem et incommodum nostrorum subditorum, quod scilicet tantum pro dicto Valentino Bestendorf exponere coacti sint, quam petitionem et oblationem Magnificentiae Vestrae necnon tenorem et continentiam mutui foederis et concordiae animadvertisimus. Cuius quidem erroris, incommoditatis et damni causam nemo praeter dictum Nicolaum Iwaschantowitz dedisse palam est eo, quod idem Nicolaus ab initio ultiro se et sine ulla exceptione vel declinatione fori cum nominato Bestendorf hisce iudiciis submiserit, cautionem iuridicam de iudicio sisti, ab eodem Valentino sub sigillo Senatus nostri Regiomontani recipiendo et ediverso, stipulata manu, sub bono verbo praestando nec ullam unquam mentionem dictorum foederis et concordiae poenitus faciendo, nullius quoque, quam suo proprio nomine et tanquam de proprietate sua agendo, cum quo se ipsum, iudicia et subditos nostros, necnon Magnificentiam Vestram defraudando et in hanc contumeliam, iniuriam, damnum et interesse retrusit.

Quod insuper Magnificentia Vestra conquesta sit eundem Nicolaum, tanquam nuncium suum, una cum literis Magnificentiae Vestrae necnon Regiae Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi nostri clementissimi, in hoc negocio contra ius gentium in hospitio suo obstrictum arrestatumque<sup>4</sup> fuisse, id quidem nullius culpa vel occasione, quam eiusdem Nicolai, actum esse constat, eo quod ipse idem Nicolaus causam hanc cum nostris civibus tanquam propriam et sui ipsius nomine semper egerit, semel fidem et cautionem ultiro in iudicio praestitam fefellerit, ob quid nostri, tam iudicium ipsum, quam partes agentes (inscii tamen literarum, quas idem Nicolaus secum attulit et quod nomine Magnificentiae Vestrae missus fuerit), timuerunt, ne secundo tergum iuri verteret et aufugeret, postquam vero nos ex eisdem literis regiis et Magnificentiae Vestrae intelleximus negocium ipsum ad eandem Magnificentiam Vestram spectare, continuo arrestationem huiusmodi in personam dicti Nicolai iussimus et fecimus relaxari. Quare culpa ipsa nulli hominum, praeter quam soli ipsi Nicolao Iwaschantowitz, imputanda et ascribenda est. Quamobrem nullo iure subditos nostros post factam fugam ipsius Bestendorff ultra inopinatum illud damnum, quod ob satisfactionem alienationis eiusdem Bestendorf passi sunt, in reliquis interesse et damnis condemnare potuimus. Quod quidem damnum et interesse Magnificentiam Vestram, quantum ad se pertinet, ab eodem ipso Nicolao bono iure extorquere posse estimamus.

Praeterea suprafatus Caspar Myloschawski, post transactionem habitam cum Erasmo Preussen, certum chirographum ratione certorum cinerum et lignorum Wagenschos ab eodem Erasmo exigere conatus est. Verum cum idem Erasmus assereret, se ad alia negotia praeter incommo-

dum Magnificentiae Vestrae eodem chirographo adhuc egere<sup>c)</sup>, seque pollicitum esse eundem Magnificentiae Vestrae personaliter presentaturum, id quidem stipulata manu, sub verbo veritatis ad festum sancti Michaelis, vel circiter paulo ante vel post, se effecturum promisit.

Quod vero ad Symonem Bomgartner attinet, noverit Magnificentia Vestra rem longe secus, quam Nicolaus ipse Iwaschantowitz retulisse videtur, se habere. Nam idem Bomgartner asserit se dudum consensu et voluntate Magnificentiae Vestrae aliquot trabes secuisse, quas quidem trabes dictus Nicolaus eidem Bomgartner, absque ipsius scitu et voluntate, abstulerit inque tabulas sive asseres longiores subdividi fecerit. Ob quid idem noster subditus inductus ad huiusmodi tabulas ad numerum sesqui sexagenarum, per nostrum Capitaneum in territorio nostro Rangnit iure arrestandum, quas tamen tabulas a subdito nostro aut relaxandas aut pecunia numerata redimendas et persolvendas fore mandavimus. Cui quidem mandato nostro noster subditus se lubens obtemperaturum recepit, pecuniam dicto Casparo Myloschewski numerando, quamvis tandem eam pecuniam idem Caspar sine speciali voluntate Magnificentiae Vestrae recipere recusavit.

Conqueritur itaque idem Bomgartner, gravato quidem animo, causam, saepetatum Iwaschantowitz se ab eodem tam sinistram<sup>e)</sup>, praeter aequum et omnem veritatem, apud Magnificentiam Vestram tum alias delatum esse, quod scilicet idem Bomgartner mercimonia Vestrae Magnificentiae hic in Monte Regio arrestasset, necnon asseres sive tabulas predictas et aliquot centum Wagenschos, ad Magnificentiam Vestram pertinentes, in terra nostra iuxta flumen Iurga,<sup>f)</sup> vi abstulisset, quod ne cogitatu quidem suo unquam concepisse quam religiosissime<sup>g)</sup> contestatur. Verum haec quidem se certo probare posse contendit, eundem Nicolaum certa lingua<sup>z)</sup> Wagenschos, quae circa dictum flumen erga<sup>h)</sup> iacebant, alii scilicet Iacobo Gralaw<sup>i)</sup>, civi nostro Regiomontano, vendidisse, ex quo quanta fides nominato Nicolao in aliis quoque rebus adhibenda sit, Magnificentia Vestra facile coniicere potest.

Ex quibus quidem praefatis scriptis, necnon ex praedicto Casparo, servitore suo, Magnificentia Vestra plane intelliget, nihil nos in administrando iustitiam ad intuitum et oblationem Magnificentiae Vestrae necnon foederis<sup>j)</sup> et concordiae praedictorum praetermissee, nec in hoc nostris subditis, aliena quamvis culpa peccantibus, pepercisse. Quare nos, simili fulti fiducia, vicissim nostros subditos ad eandem Magnificentiam Vestram, praesertim ad praeconomiatam futuram Conventionem Vilnensem pro festo sancti Michaelis, remisimus, haud dubio sperantes Magnificentiam Vestram iuxta ipsius oblationem et tenorem pacis et concordiae praedictarum, id quod aequum et iustum est, ipsis nostris subditis similiter, sine mora et longa procrastinatione impartiri saepenominatumque Nicolaum Iwa-

schantowitz ad eundem terminum et locum vocare et ad peticionem subditorum nostrorum sistere non gravabitur, ad quod retaliandum nos omni gratia et benevolentia semper promptissimos offerendo. Quam saepenominatam Magnificentiam Vestram quam foelicissime<sup>1)</sup> et semper valitaram exoptamus. Datae e Regio Monte, 22 Augusti. Anno etc. XXXVIII.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
Lohemoller.

*In initio epistolae in margine:* Ioanni Glebowitz, 22 Augusti.

- |                                    |   |
|------------------------------------|---|
| a) <i>additum in margine.</i>      | g) <i>in ms. reliosissime.</i>                |
| b) <i>sequitur vero expunctum.</i> | i) <i>supra lineam loco deferis expuncti.</i> |
| c) <i>supra lineam.</i>            | j) <i>in ms. foelicissimae.</i>               |
| d) <i>in margine.</i>              | z) <i>sic in ms.</i>                          |
| e) <i>in ms. aegere.</i>           | l) <i>recte: Grolock.</i>                     |
| f) - h) <i>in margine.</i>         |   |

N. 1553.

E Regio Monte, 24.VIII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Iosto Ludovico Decio*

*pro nuntio de pecunia marchioni Ioanni Posnaniae persoluta gratias agit; de errore quoad personam thesaurarii Regni se iam thesaurario scripsisse nuntiat (cfr. El. XLVII, N. 281, schedula); transmittit recognitionem (« quietantiam »), maiori sigillo suo corroboratam, de accepta a rege 4000 florenorum summa; novitates, praesertim de Stephano Broderico (Brodárics) sibi mitti petit.*

(*Schedula I: de non annexa supradicta « quietantia » eo se excusat, quod clavis ad aperiendum scrinium, in quo maius sigillum suum custoditur, amissa est nec inveniri potuit; brevi tamen eam se esse missurum pollicetur. Schedula II: rogat, ut Georgio Hegel, factori Antonii Fugger, accepta quietatione, 60 aureos nomine suo persolvat.*).

(*Germanice*)

Cfr. El. XLVII, NN. 283, 284, 286, 290.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 315-316.

N. 1554.

E Regio Monte, 24.VIII.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Iosto Ludovico Decio  
recognitionem (« quientantiam ») de summa 4000 florenorum a rege accepta,  
maiori sigillo suo corroboratam, mittit et rogat, ut eam thesaurario  
Regni [Spytconi Tarnowski] reddat.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, f. 316.*

An<sup>a</sup>) Jobst Ludwigen, den XXIIII Augusti, mit uberschickung uber die 4000 gulden etc.

Unsern gunstigen grus und gnedigen willen zuvorn.

Edler und ernvester, lieber, getreuer.

Jungsten unserm schreiben nach haben wir die quitantz uber die viertausent gulden, so vonwegen ko.mt. zu Polann, unsern gnedigsten hern, und freuntlichen, lieben ohem, diss XXXVIIIten jar ueberreicht worden, unter unserm grosen maiestat insigel, noch altem gebrauch vorfertigen lassen. Welche wir euch hiemit zuschicken, gnediglich begerendt, ir wollet solche quitans<sup>z)</sup> dem hern schatzmeister ueberantworten, die andere quitantz uffs papir schreiben und mit unserm daumenringe besigelt dagegen empfangen und uns widerumb ubersenden. Daran geschicht uns zu gefallen in gnaden hinwider<sup>b)</sup> zu erkennen. Datum, ut supra.

Commissio Principis  
ex relatione Secretarii<sup>c)</sup>.  
George Hakh.

a) *in margine:* Jobst Ludwigen.

c) *correctum ex:* Cancellarii.

b) *correctum ex:* hinwiderumb.

z) *sic in ms.*

N. 1555.

E Regio Monte, 24.VIII.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Nibschwitz  
rogat, ut a rege impetrare studeat, quo lacus Družno (Drausen), quem  
hucusque Elbingenses pro annuo censu tenuerunt, eisdem conditionibus  
vel sibi vel Achatio Czema a rege concedatur.*

*Cfr. El. XLVII, N. 289.*

*Ostpr. Fol., vol. 42, f. 316v.*

An<sup>o</sup> Nickell Nipschitzen, XXIIII Augusti, belangende den sehe  
Drausen etc.

Unsern grus und gnedigen willen zuvorn.

Erbar und ernvester, liber, getreuer.

Wir zweifeln nicht, du werdest dich noch guter massen zu erinnern wissen, welcher gestalt wir ehemals ko.mt. zu Polann, unsren gnedigen hern und freuntlichen, lieben oheimen, umb den sehe Drausen, welchen die Elbinger umb einen geburlichen zinss ein zeitlang bissher besessen, angelangt und gebeten. Dieweil dann ir ko.mt. uns alwegen diese antwort gegeben, das uns dieselb noch zur zeit nichts zusagen kont, sonder noch ausgang der Elbinger zeit uns mit einer gnedigen antwort wilfahren wolt und nuhmer in kurz solche zeit iren ausgang gewinnen wirt, so ist unser gnedigs sinnen und begeren an dich, du wollest treulich und vleissig bei seiner ko.mt. anhalten, damit wir solchen sehe (in anmerkung, das wir nicht cleine manglung bei unserm ampt Hollandt an vischerein haben) vor andern umb denselbigen zins erhalten und erlangen mogen. Wo es aber bei seiner ko.mt. ie nicht zu erhalten und her Czeme in handlung stehhen wurde, so wollest inen daran nicht hindern, dann wir desselben wol zufriden, auch uns wol mit ime darumb vertragen wollen. Wollest dich in solchem allen gutwillig erzeigen. Das sindt wir in allen gnaden gegen dein person abzunemen geneigt. Datum, ut supra etc.

Commissio Principis  
ex relatione Cancellarii.  
Idem leget<sup>b)</sup>.  
Hieronimus Schurstab.

a) *in margine*: Nibschtitz.

b) *error pro*: legit?

*N. 1556.*

*E Regio Monte, 25.VIII.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi M.D.L. cancellario,*

*litteras eius, pro Clara, Balceri cuiusdam civis Vilnensis uxore, intercedentes, se accepisse nuntiat, opera tamen sua huic feminae adesse nullatenus potuisse, nam ipsa eius rei gratia apud se nunquam comparuerit, nec opem suam imploraverit.*

*(Schedula adiuncta similibus litteris « mutatis mutandis » ad filium Alberti, Stanislaum Gasztold: se non posse in ordinatione telonei sui ullam mutationem vel innovationem introducere).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 470-471.*

E Regio Monte, 29.VIII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Kościelecki, palatino Lanciciensi,*

*ad querelam Matthiae Grabski, subditi regii, de subdito suo Matthias Szmolnik conquerentis, respondet rem totam prorsus aliter se habere,  
quam regi delatum sit.*

*Cfr. El. XXX, N. 173.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 471-473.*

In causa Mathiae Szmolnick etc.

Salutem et benevolentiam etc.

Attulit nobis Mathias Grabski, Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi nostri charissimi, subditus, litteras a Regia Sua Maiestate, in quibus eadem nobis scribit, quod quidam<sup>a)</sup> Mathias Szmolnik dicto subdito suo, Mathiae Grabski, debeat duodecim sexagenas certi debiti atque pro eo sibi fideiussum esse per Reverendum in Christo Patrem Dominum Georgium Episcopum Sambiensem<sup>b)</sup>. Sed neque praefatum<sup>b)</sup> Mathiam debitorem sibi satis facere curasse, neque ipsum Episcopum tanquam fideiussorem iusticiam ei de se praestare voluisse et prout eiusmodi litterae latius in se continent. Nos equidem in animo habuimus Sacrae Regiae Maiestati Poloniae ad litteras suas respondere, adeoque rem omnem, prout sese haberet, ordine enarrare. Verum cum hic idem<sup>c)</sup> subditus Maiestatis Suae Regiae litteras ad Regiam Suam Maiestatem recipere nollet, duximus causam ac rem omnem ad Magnificentiam Vestram deferendam ordineque recensendam esse.

Primum itaque Magnificentiam Vestram celare nolumus nos praefatum Dominum Episcopum Sambiensem eam ob causam allocutos esse; cuius ex relatione comperimus rem multo aliter ad Regiam ipsius Maiestatem delatam<sup>d)</sup> esse, quam per se est. Certo enim nobis retulit Dominus Episcopus nunquam per se pro eo fideiussum, sed causam inter illos bona fide compositam et transactam esse ita, ut debitor creditori ad constitutos terminos debiti summam persolvere deberet. Debitor autem medio tempore fugam dedit atque in Maiestatis Regiae Poloniae terras<sup>e)</sup> sese cum omnibus bonis suis contulit, in quibus adhuc sese continet. Proinde saepedictus Dominus Episcopus Maiestatis Suae Regiae subdito<sup>f)</sup> propter debitoris

fugam iustitiam hactenus administrare non potuit. Si vero debitor adhuc in districtu Schonbergensi vitam ageret, vellemus nos ipsi quidem curare, ut iustitiam creditor indilatam a Domino Episcopo consequi posset. Quam ob rem amice a Magnificentia Vestra petimus, ut illa creditorem eo compellere velit, ut — posteaquam debitor ex Ducatu nostro sese in regias terras contulit — illum coram ordinario suo iudice accuset debitumque suum iure ab illo postulet. Quae omnia Magnificentiam Vestram, ut eadem eius quoque rei aliquam haberet notitiam, in praesentia ignorare noluimus. Quam bene foeliciterque valere valde cupimus. Datae ex Regio Monte.

Commissio Principis  
ex relatione.  
Cancellarii.

*In initio epistolae in margine:* Ioanni Cotztziletzki, 29 Augusti 38.

- |                                    |   |
|------------------------------------|---|
| a) <i>correctum ex: quidem.</i>    | e) <i>supra lineam pro expuncto: teras.</i> |
| b) <i>correctum ex: praefidum.</i> | f) <i>in ms. subito.</i>                    |
| c) <i>correctum ex: eidem.</i>     | g) <i>Georgius Polentz.</i>                 |
| d) <i>in ms. delatum.</i>          |   |

N. 1558.

E Regio Monte, 3.IX.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Henrico VIII regi Angliae*

*Tilemannum Clemester, artium et medicinae doctorem, linguae Graecae et Hebraicae peritum, aliquandiu in aula sua commoratum, qui saluti suaे consulens auram mutare vellet (« quoniam ab ineunte aetate inter doctos et eruditos Inferioris Alemaniae nempe, Italiae, Galliae, Holandiae, unde aura illa temperamento suo accommodatior habita, versatus est »), commendat et rogat, ut eum in Regnum suum accipere velit, ub « aut pro physico ac medico, aut etiam pro ordinario lectore in Dignitatis Vestrae Regiae universitate servire posset ».*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 473-474.*

*N. 1559.*

*E Regio Monte, 6.IX.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radziwill, capitaneo Samogitiae,  
pro Panasse, subdito suo et gubernatore navium, nonnulla exstantia  
debita habente « nomine servitii sui, quae illi Iwan Cossa piae memo-  
riae debuit », intercedit et orat, ut defuncti Cossa uxorem ad so-  
lutionem id genus debitorum et restitutionem subditi sui liberorum  
adigat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 474-475.*

*N. 1560.*

*E Regio Monte, 18.IX.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Hlebowicz (Glebowitz), palatino Polocensi,  
pro Simone Bomgarth (Baumgart?) et Erasmo Preuss, subditis suis, cum  
subditis eius nonnulla negotia habentibus, intercedit et rogat, ut opera  
sua eis adesse velit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 475-476.*

*N. 1561.*

*E Regio Monte, 3.X.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radziwill, capitaneo Samogitiae,  
pro Matthaeo Kleyse, subdito suo, cui Marcus Sokolnicki (Sokolnitzki)  
19 lastas cineris iure debet et reddere recusat, intercedit et rogat, ut  
dicto Sokolnicki severe mandare velit, quo subdito suo sine mora  
satisfaciat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 477.*

N. 1562.

E Regio Monte, 12.X.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo I regi Poloniae  
rogat, ut ad componendam limitum inter Magnum Ducatum Lithuaniae et  
Ducatum Prussiae controversiam rex certum aliquem diem hac iam  
instanti hieme constituere sibique indicere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 177.

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 478.

N. 1563.

E Regio Monte, 12.X.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Nibschatz  
rogat, ut litteras ad regem de constituendo die ad componendam limitum  
controversiam datas regi porrigat; novitates sibi mitti petit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVII, N. 295.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 317v-318.

N. 1564.

E Regio Monte, 16.X.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Georgio Olekowicz, duci Slucensi,  
permittit, ut merces eius propriae (non autem ad mercatores pertinen-  
tes) sine telonei solutione per aquas suas transvehantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 479-480.

*N. 1565.*

*E Regio Monte, 16.X.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*Alberto Gasztołd, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
ab eo rogatus, ut Francisco Mackiewicz (Matzkiewitz), proconsuli Cau-  
nensi, iter aquaticum liberum facere concedat, respondet sibi neutiquam  
licere « illi aut cuiquam alio permettere, ut per prohibitas vias et  
flumina merces lignaque sua deducant ».*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 480-481.*

*N. 1566.*

*E Regio Monte, 18.X.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*regi Galliae [Francisco I]  
pro litteris, Gallica lingua scriptis et benevolentia in se plenis gratias agit;  
in amicitiae signum duodecim falcones dono mittit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 481-482.*

*N. 1567.*

*E Regio Monte, 18.X.1538.*

*Albertus dux in Prussia*

*regi Angliae [Henrico VIII]*

*pro litteris eius, « Grenwici 30 Decembris praeteriti trigesimi septimi anni  
datis» et benevolentia erga se plenis gratias agit; in amicitiae vincu-  
lum decem falcones dono mittit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 483-484.*

N. 1568.

E Regio Monte, 18.X.1538.

*Albertus dux in Prussia  
regi Navarriae [Henrico II d'Albret]  
sex falcones « ex singulare quodam amore et animi... propensione » dono  
mittit seque excusat, cur plures transmittere non potuerit (nam  
« prae tantis ventis ac turbinibus plures capi non potuerunt »).*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 485-486.*

N. 1569.

E Regio Monte, 18.X.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Philippo de Croy, duci de Arschot (Arsgoth)  
pro litteris, 11.XII.1537 datis, et animo propenso gratias agit; excusat se, cur hoc tempore falcones mittere non potuerit (nam « prae tantis ventis ac turbinibus nulli vel pauci capi potuerunt »).*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 486-487.*

N. 1570.

E Regio Monte, 18.X.1538.

*Albertus dux in Prussia  
duci Suffolchiae [Carolo Brandon]  
quinque falcones dono mittit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 488-489.*

N. 1571.

E Regio Monte, 18.X.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Gulielmo Pageto, regis Angliae consiliario,  
de longo in scribendis litteris intervallo saeviente peste et necessitate  
inde exorta aulam suam nunc huc nunc illuc transferendi se excusat;  
officia offert.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 490-491.

N. 1572.

E Regio Monte, 20.X.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Nibschtitz  
de edito contra praedones et suspectos peregrinos homines in Ducatu  
suo promulgato eum certiorem reddit et rogat, ut regi id referat,  
quo etiam in regali Prussiae parte similiter procedatur.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 318-319.

An<sup>a</sup>) Nipschytz, den XX Octobris.

Unsern grus zuvor.

Erbar und ernvester, lieber, getreuer.

Wir wollen dir nicht vorhalten, das vor kurz beigewichnen tagen sich etliche kuntschafter in unserm herzoghtumb eins mutwilligen, freventlichen angrifs, nemlich an den muntzwagen, so vonhinnen durch den munzverwalter gefertigt ist worden, unterstehen haben wollen, welchs inen doch missraten. Warauf wir dann vorursacht, allen unsern amptleuten und underthanen durch ein gemein ausschreiben aufzulegen und zu bevehlen, bei den wirten in steten und krugern uffm lande, dessgleichen allen andern unsern untersassen zu verfuegen, das sie niemants frembdes mann hab, dann seins thuns, wesen, namens, standes und das ehr eins aufrichtigen handels sei, eigentliche gewisse kuntschaft und erfarung, bei vormeidung unser ungnaden und strafe, hausen, herbergen nach einichen unterschleif gestatten, zu dem auch, das sie die amptleute bissweilen die trassen und wege bereiten und besichtigen, sich auch mit andern irer emptor benochparten und nechst umbligenden amptleuten

dermassen voreinigen und zusammensetzen sollen, damit, wann einich  
geschrei sich ereugete, mit irer zuthat und hulffe, an welchem orthe  
solchs geschee<sup>b)</sup>, solchen kontschafter des stadtlichen<sup>c)</sup> bei tag und nacht  
nachgestelt, gefolget, und wo sie betroffen, angehalden mochten werden.  
Auf das aber solche reuterei uberal in den landen Preusen abgehalden  
und nicht einwurzelen moge, so ist an dich unser gnedigs sinnen und  
begern, du wollest solchs an ko.mt. zu Polann, unsren gnedigsten hern,  
mit vleisse von unsertwegen gelangen lassen und seine ko.mt. zu Polann,  
unsren gnedigsten hern<sup>d)</sup>, bitten, derselben amptsvorwaltern zu Graudnitz,  
Schlachaun und andern ortern, ires koniglichen theils Preusenn, da man  
sich durch ziens und pass vermutten, zu bevehlen, das sie gleichmesig,  
wie obgemelt, auch also in die sachen sehen dessgleichen sich mit unsren  
amptleuten dermassen vorgleichen, voreinigen und zusammensetzen  
wolten<sup>e)</sup>, wann ein geschrey solcher reutherey halben vorhanden, das  
denselben<sup>f)</sup> thetern und<sup>g)</sup> kuntschaftern bei tag und nacht nachgetracht  
und gefolget werde, ie wie du dann diesen, als der vorstendige, wol  
weitere und bessere mass wirst zu geben wissen. An dem geschicht uns  
zu gefallen, in gnaden widerumb zu erkennen. Datum, ut<sup>h)</sup> supra.

Commissio Principis  
propria praesentibus  
hoffmeisters und  
burggraves.  
Georg Hack.

- a) *in margine*: Nibsritz.  
b) - c) *in margine*.  
d) *sequitur expunctum*: hern.  
e) *sequitur expunctum*: wann.

- f) *sequitur expunctum*: und.  
g) *supra lineam*.  
h) *in ms.* un

N. 1573.

E Regio Monte, 25.X.1538.

*Albertus dux in Prussia  
Eliae Ostrogski  
nobilem adolescentem Fabianum Nostitz commendat et rogat, ut eum pro  
servitore suo in aulam suam benigne recipere velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 50, f. 492.

N. 1574.

E Regio Monte, 28.X.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Radziwiłł, capitaneo Samogitiae,  
pro subdito suo Bonaventura intercedit et rogat, ut una cum aliis Magni  
Ducatus Lithuaniae proceribus efficere studeat, quo praefato subdito  
suo, propter arrestationem et iniustam salis sui detentionem ad  
extremam paupertatem ac miseriam redacto, a Stanislao Alberti Orwid  
(Orbidano) iustitia fiat et sal immerito detentum omni mora deposita  
restituatur.*

(*Sub textu: Simili forma mutatis mutandis ad Regem Poloniae et ad  
consiliarios Magni Ducatus Lithuaniae*).

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 493-494.*

N. 1575.

E Regio Monte, 18.XI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Martino Myszkowski (Misskawski), castellano Wielunensi,  
ob pestis indies magis ac magis in terris suis ingravescentis saevitiam  
(``ita etiam, ut per hoc iuventutem ac adolescentiam minori cum  
fructu ac non sine magno periculo in gymnasii nostris educari  
informarique vereamur'') remittit illi filium suum Andream, promit-  
tens ei litteras intercessorias dare (``si Generositas Vestra filium suum  
Wittembergam versus vel alio ablegare in animo haberet'').*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 495-496.*

N. 1576.

E Regio Monte, 18.XI.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Huberto, civi Amsterodamensi,  
800 cuspides et duas lastas caementi (in ms. sementi) se accepisse nuntiat*

*et rogit, ut sibi «artificem caementi», qui eiusmodi caementum praeparare possit, sibi mittere velit; praeterea bonum aliquem bombardarum fabrum sibi mitti petit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, f. 496.*

*N. 1577.*

*E Regio Monte, 18.XI.1538.*

*Albertus dux in Prussia  
regi Galliae [Francisco I]  
litteras eius, 27.I.1538 scriptas, sibi per servitorem suum Petrum Dunckart  
(vel Danckart, cfr. El. LIII. N. 1058) sibi redditas esse nuntiat;  
servitorem suum commendat et rogit, ut eum «in numerum mancipiorum suorum suscipere dignetur» («ut olim quenquam habeamus  
in nostra aula, qui nobis literas... lingua Gallica scriptas interpretetur»).*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 497-499.*

*N. 1578.*

*E Regio Monte, 20.XI.1538.*

*Albertus dux in Prussia  
Alberto Gasztołd, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,  
rogat, ut apud status et ordines Magni Ducatus Lithuaniae operam suam  
interponere et efficere velit, quo hac etiam hieme dies ad inspiciendos,  
terminandos et statuendos limites inter Magnum Ducatum Lithuaniae  
et Ducatum suum Prussiae tandem statuatur.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 500-501.*

E Regio Monte, 1.XII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo I regi Poloniae*

*pro benevolia regis erga se voluntate gratias agit; de meliori eius valetudine gaudet; commendat causam finium inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum suum Prussiae inspiciendorum et regundorum.*

*Cfr. El. XXX, N. 177.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 501-505.*

Agit gratias pro regia clementia. Item scribit se exhilaratum bonam propter valetudinem. Item de limitibus inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae etc.

Serenissime Rex.

Quum Serenissimus ac Potentissimus Princeps et Dominus, Dominus Sigismundus Secundus, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae totiusque Prussiae ac Mazoviae etc., me, suum fidelem, diligentem et obsequientissimum servitorem, per Regiae ipsius Maiestatis fidelem et dilectum aulicum, Nobilem Hieronymum Coritzki, nedum clementer invisere salutare, sed et regiis munerbus, quo magis magisque eius<sup>a)</sup> etiam Regiae ipsius Maiestatis in me clemens et benevolia voluntas perspicua esset, honorare dignatus est, quo nomine non quas possum, sed quas debeo subditas et officiosas ago gratias, non praetermissurus, quin Regiae ipsius Maiestati meis studiis, officiis et obsequiis pro clementi et regia illa benevolentia me gratum exhibeam et praestem. Regia autem Vestræ Maiestas se hactenus erga me clementem et benevolum Regem, plane nullis meis devincta benemeritis, sed ex innata regia clementia (id quod soli Deo acceptum fero) praebuerit, facile est dijudicare eandem, pium nempe Dominum et parentem, apud filium suum huius regiae clementiae auctorem et instigatorem fuisse. Pro qua regia clementia cum saltem gratiarum actione respondere nequeam, factis grates referre mearum nequaquam est virium. Itaque Deum Optimum Maximum, is remunerator esse velit, obsecro. Posteaquam autem nihil ad me bona, prospera et foelicissima Regiae Vestrae Maiestatis valetudine iucundius auditu (quod deos testor) perferri potest, coactus sum subditum meum animum verbis etiam exprimere atque pro debito meo officio arctaque necessitudine et subiectione de valetudine prosperoque successu Regiae Vestrae Maiestatis cum praefato Coritzki conferre. Qui mihi inter cetera retulit Regiam Vestram Maiestatem illi in mandatis dedisse, si hiis de rebus et de Regia Vestrâ Maiestate

cunctaret, ut mihi indicaret Regiam Vestram Maiestatem graviter decubuisse; verum auxilio atque gratia omnipotentis Dei ab acuto illo morbo liberatam, et quamvis Regia Vestra Maiestas nondum pristinae et optimae valetudini restituta esset, spe tamen bona aleretur, adnuente Optimo Maximo et opera peritissimorum medicorum, nihil restare ac superesse periculi etc. Quam haec de Regiae Vestrae Maiestatis adversa valetudine significatio meum animum graviter adfecerit et quem mihi incusserit tum ratione subiectionis, tum et sanguinis dolorem, dici non potest. Nam (ut interim alia maiora reticeam) si morbum meo in corpore maxima ex parte, quo Regiae Vestrae Maiestati tollerabilius foret, gestare potuissem, fuisse id mihi minime difficile. Porro cum omnipotens Deus Regiam Vestram Maiestatem morbo levaverit<sup>1</sup>, ago Deo immensas gratias fusurisque sum ad Salvatorem omnium una cum omnibus meis subditis supplices preces, quo is reliquias morbi, tanquam unicus ac verus medicus, clementer pro ineffabili sua misericordia pellere Regiamque Maiestatem Vestram diu sanam, salvam, incolumem, fortunatam, prosperrime et pacifice regnantem, ad emolumentum omnium totius amplissimae Coronae Regni Poloniae subditorum, conservare dignetur, enixe petens, quandoquidem in adversa Regiae Vestrae Maiestatis valetudine ad eandem invisendam salutandamque neminem ablegavi, eadem velit me penes se excusatum habere atque id, quod res est, cogitare: me scilicet de adversa Regiae Vestrae Maiestatis mala valetudine nihil perceperisse. Nam si talia olim ad me perlata fuissent, scivissem equidem, quid mei officii in hoc negotio nedum erga hereditarium meum Regem, sed et unicum parentem, fuisse. Ex quibus dubio procul Regia Vestra Maiestas animum meum subditum et officiosum perspexisset. Verum cum praefata de causa praetermissum sit, est mihi persuasum me apud Regiam Vestram Maiestatem facile excusatumiri. Cuius gratiae et clementiae ego me cum charissima mea consorte<sup>1</sup>, dulcissimis liberis<sup>2</sup> omnibusque subditis meis totum dedico, unice petens, eadem dignetur clementissimus et pientissimus Rex, Dominus et avunculus esse et permanere.

Serenissime Rex, paucis praeterlapsis diebus rediit a Regia Vestra Maiestate aulicus meus, eadem fere, quae saepfatus Coritzki de adversa Regiae Vestrae Maiestatis valetudine referens. A quo ea, qua decet, reverentia eiusdem Regiae Vestrae Maiestatis literas accepi, quibus eadem significat, quid in negotio limitum et finium inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Prussiae Regia Vestra Maiestas ad consiliarios Magni Ducatus Lithuaniae scribendum esse arbitrata sit. Hoc a consiliariis Lithuanicis responsum expecto, suppliciter petens, Regia Vestra Maiestas velit, cum bona sit spes bonam hoc anno futuram hyemem, tantum cum Lithuanis efficere iisdemque mandare, ut hoc anno fines inspiciantur diiudicenturque. Nam si et hoc commodum et oportunum tempus elapsum fuerit, est timendum, ne facile talis sese offerat commoditas. Quare necesse esset

plurimas inde emanare incommoditates, cum non videam, qua ratione arctior et firmior familiaritas, necessitudo, vicinitas et amicitia inter utriusque Ducatus subditos, nisi hac sola finium diiudicatione, constitui et confirmari possit. Ad quam stabiliendam Regiam Vestram Maiestatem, tanquam Dominum feudatarium huius Ducatus Prussiae, mihi meisque subditis clementer eo tempore adfuturam non ambigo. Datus sum vicissim diligentem operam, ut erga Regiam Maiestatem Vestram nunquam aliis quam fidelis, subditus Princeps et gratus nepos inveniar etc. Datae e Regio Monte, I Decembris. Anno ut supra.

*In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, I Decembris.*

- |  |                                 |
|--|---------------------------------|
| a) <i>in ms. cuius, error pro: citius?</i> | 1) <i>Dorothea.</i>             |
| b) <i>in ms. lavaverit</i>                 | 2) <i>Anna Sophia et Lucia.</i> |

*N. 1580.*

*E Regio Monte, 1.XII.1538.*

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori  
pro regia clementia et pro duobus equis sibi per aulicum regium, Hieronymum Korycki, dono missis gratias agit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXX, N. 178.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 506-507.*

*N. 1581.*

*E Regio Monte, 1.XII.1538.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]  
de episcopatus Cracoviensis in eum collata dignitate gratulatur; de totius  
familiae regiae valetudine certior fieri cupit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 508-509.*

N. 1582.

E Regio Monte, 1.XII.1538.

*Dorothea dux in Prussia*

*Isabellae reginulae, filiae regis Poloniae,  
pro litteris eius, sibi per Hieronymum Korycki (Coritzki), Sigismundi  
Augusti regis Poloniae iunioris servitorem, allatis, et pro salu-  
tationibus gratias agit; « aliquot formas muliebris ornamenti, quibus  
caput ornari solemus », dono mittit.*

*(Schedula: de eisdem « formis muliebris ornamenti » a nonnullis  
matronis Polonis etiam desideratis).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 510-512.*

N. 1583.

E Regio Monte, 1.XII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Paulo Wolski, R.P. vicecancellario,  
litteras eius, Cracoviae 6.XI.1538 datas, sibi per aulicum suum Cracovia  
redeuntem allatas esse nuntiat; pro communicatis novitatibus gratias  
agit et alias, si quae fuerint, expetit; rogat, ut causas suas sibi  
diligenter commendatas habeat.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVI, N. 576.*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 512-513.*

N. 1584.

E Regio Monte, 3.XII.1538.

*Albertus dux in Prussia*

*Ambrosio Kurtzbach*

*equum ab eo desideratum ac petitum dono mittit; mirari satis se non  
posse ait, cur amici eius per tam longum temporis intervallum sibi  
nihil scripserint, nec de utriusque regis valetudine aliisque rebus  
novis se certiorem reddiderint; rogat, ut sibi nova saepius perscribere  
non gravetur.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 42, f. 317.*

*N. 1585.*

*E Regio Monte, 3.XII.1538.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Ioanni Kuntz, civi Posnaniensi,*  
*dolum carnis ferinis refertum ei dono mittit eumque hortatur, ut etiam*  
*in posterum subditis suis se ad eum conferentibus consilio et opera*  
*adesse ac prodesse perget.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 42, f. 317v.*

*N. 1586.*

*E Regio Monte, 24.XII.1538.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*  
*pro Erasmo Preuss, subdito suo, intercedit et rogat, ut ei a debitore suo*  
*Simone Salnacher, cive et notario Vilnensi, indilata iustitia admini-*  
*stretur.*

*(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est ad Senatum Vilnensem).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 513-514.*

*N. 1587.*

*E Regio Monte, 27.XII.1538.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,*  
*causam inspiciendorum finium commendat; aureum nummum cum*  
*insculpta imagine sua in amicitiae signum dono mittit.*  
*(Schedula: Iwaszko Armeno veniam dat in Ducatu suo negotiationem*  
*exercendi).*

*Ostpr. Fol., vol. 50, ff. 515-516.*

Scribit de limitibus. Item mittit aureum nummum suae imaginis.  
Item de Iwasko Armeno etc.  
Magnifice ac Generose etc.  
Accepimus uno tempore binas a Magnificentia Vestra literas, priores

undecima, posteriores decima tertia praesentis huius mensis Decembris in Tikozin datas, ex quibus omnibus singularem Magnificentiae Vestrae erga nos et amorem ac studium perspeximus agimusque Magnificentiae Vestrae, quod nos nostramque valetudinem per servum suum invisere non est dignata, permagnas gratias, non omissuri, quin pares aliquando referamus.

Ceterum, quod Magnificentia Vestra causa inspiciendorum limitum cum reliquis Magni Ducatus Lithuaniae proceribus, quamprimum eadem domum redierit, colloqui ac operam suam in hac re interponere cupit, agimus et habemus Magnificentiae Vestrae ingentes gratias, amice rogantes, Magnificentia Vestra velit hoc negocium, quod ad communem utilitatem ac commodum utriusque partis subditorum spectat, sibi commendatum habere tantumque efficere, quo post mutuum colloquium dies tandem hac praesenti hyeme inspiciendorum limitum indici ac tota ista controversia bona cum pace componi et aboleri queat.

Postremo, ut intelligere tandem Magnificentia Vestra queat eandem nobis esse charissimam, mittimus illi, in firmius quoddam amoris ac amiciciae nostrae vinculum, aureum nummum, cui imago nostra ad vivam effigiem insculpta est, rogamusque, ut Magnificentia Vestra hoc qualecumque exiguum donum, ex candido tamen ac sincero pectore profectum, aequo a nobis animo suscipere nostrique memoriam semper firmam ac stabilem conservare non dedignetur... Datae e Regio Monte. Anno etc. **XXXVIII.**

Commissio Principis propria  
Hieronymus.

#### Cedula

In occlusione harum literarum obtulit nobis quidam Magnificentiae Vestrae servitor, Iwasko Armenus, a Magnificentia Vestra literas, in curia sua Lypnysski, trigesima prima mensis Octobris nuper praeteriti datas, in quibus eadem hoc nomine pro illo intercedit, ut ei concedere atque permittere gracie vellemus, quo tuto ac secure negociacionem suam in Ducatu nostro Prussiae exercere ac Magnificentiae Vestrae merces libere disponere possit etc. Nos equidem id Magnificentiae Vestrae causa libenter permittimus, hac tamen conditione, ut debito ac decenti modo istud ipsum agat. Quod Magnificentiae quoque Vestrae in praesencia significandum duximus. Datae ut in literis.

*In initio epistolae in margine:* Domino Adalberto Gastoldo, **XXVII** Decembris.

1) *Lipniszki, bona a. 1528 Alberto Gasztold a rege data.*

ELENCHUS EPISTOLARUM

Nr.	Dat.
ALBERTUS DUX IN PRUSSIA:	
1401 Sigismundo I regi Poloniae	E Regio Monte
1404 » »	» »
1419 » »	» »
1439 » »	» »
1448 » »	Stetinia
1456 » »	Gedani
1463 » »	Ioannisburgi
1473 » »	Poppen (Spychowo)
1517 » »	Labiau
1521 » »	Neuhausen
1535 » »	E Regio Monte
1536 » »	Neuhausen
1537 » »	»
1541 » »	»
1551 » »	E Regio Monte
1562 » »	» »
1574 » »	» »
1579 » »	» »
1430 Sigismundo Augusto, regi Pol. iuniori	» »
1580 » » »	» »
1531 Alberto iuniori, march. Brandenburgensi	Neuhausen
1461 Aragoniae regi	Neidenburgi
1549 Bagieński Iacobo	E Regio Monte
1545 Bartnicki Iacobo	Hollandt (Pasłek)
1438 Bonae reginae Poloniae	E Regio Monte
1474 » »	Corthein
1490 » »	Poppen (Spychowo)
1461 Brandon Carolo, duci Suffolchiae	Neidenburgi
1570 » » »	E Regio Monte
1386 Brzozowiec Iacobo	» »
1477 Capitaneo in Nowe Miasto	Ioannisburgi
1505 Capitaneo in Wąsosz	Wehlau
1380 Chodkiewicz Alexandro	Rhein (Ryn)
1472 » »	Poppen (Spychowo)

Nr.		Dat.
1381	Chodkiewicz Gregorio	E domo venatoria 1.I.1537
1421	" "	E Regio Monte 23.IV.1537
1384	Chojeński Ioanni	Rhein (Ryn) 7.I.1537
1409	" "	E Regio Monte 25.III.1537
1414	" "	" " 16.IV.1537
1449	" "	Stetiniae 1.VIII.1537
1453	" "	Gedani 20.IX.1537
1457	" "	" " 24.IX.1537
1466	" "	Ioannisburgi 25.XI.1537
1485	" "	" " 10.I.1538
1501	" "	Ortelsburgi 20.II.1538
